Tractatus
ſti Cũ tra
tione cor

✠

# Tractatus de imitatione chri ſti Cũ tractatulo de medita tione cordis.

# Tabula

Tabule capitulorum in libros ſequentes.

## Capitula libri primi


De imitatione criſti ꝛ de contemptu omnium vanitatū mundi Capitulum primum. Folio.j.
De humili ſentire ſuij p̄ius ca.ij. .j.
De doctrina veritatis .ca.iij. ij
De prudentia in agendis ca.iiij. ij
De lectione ſanctaꝝ ſcripturaꝝ ca.v. iij
De inordinatis affectionibus ca.vi. iij
De vana ſpe ꝛ elatione fugienda ca.vij. iij
De cauenda nimia familiaritate ca.viij. iij
De obedientia ꝛ ſubiectione.ca.ix. iij.
De cauenda ſupfluitate verboꝝ ca.x. iiij
De pace acquirenda ꝛ zelo ꝓficiendi.ca.xi. iiij
De vtilitate aduerſitatis ca.xij. v
De temptationibus reſiſtendis ca.xiij. v
De temerario iudicio vitando ca.xiiij. vi
De opibus ex charitate factis capi.xv. Folio.vi.
De ſufferentia defectuū alioꝝ ca.xvi. vi.
De monaſtica vita ca.xvij. vij
De exemplis ſanctoꝝ patrum.ca.xviij. vij
De exercitijs boni religioſi ca.xix viij
De amore ſolitudinis ꝛ ſilentij ca.xx. ix
De cōpunctione cordis ca.xxi. ix
De conſideratione humane miſerie ca.xxij. x
De meditatione mortis ca.xxiij. xi
De iudicio ꝛ penis peccatoꝝ.capit.xxiiij xij
De feruēti emendatiōne totius vite noſtre.ca.xxv. xiij


## Capitula ſecundi libri


De interna ꝯuerſatione ca.j. xiiij
De hūili ſubmiſſione ſub p̄lati regimine ca.ij. xv.

# Tabula

De bono pacifico homine.cap.iij Folio.xv.
De pura mente ⁊ ſimplici intentione.cap.iiij. xv
De ꝓpria conſideratione.ca.v. xvi.
De leticia bone ꝯſcientie.ca.vi. .xvi.
De amore iheſu ſup̱ omnia.ca.vij. xvij
De familiari amicicia iheſu.ca.viij. xvij.
De carentia omnis ſolacij.ca.ix. xviij
De gratitudine ꝓ gratia dei.ca.x. xix.
De paucitate amatoꝝ crucis iheſu.ca.xi. xix
De regia via ſancte crucis.ca.xij. xx

## Capitula libri tercij

De interna locutōe chriſti ad aīam fidelē ca.j. xxi
Qḋ veritas intus loquit̄ ſine ſtrepitu ꝟborum.ca.ij. xxij.
Qḋ verba dei cū humilitate ſunt audienda.et ꝙ multi ea non ponderant.cap.iij. xxij
Oratio ad implorandū deuotōnis grām.ca.iiij. xxij
Qḋ in veritate ⁊ humilitate coram deo conuerſandum eſt capitulum.v. Folio.xxiij
De mirabili effectu diuini amoris.ca.vi. xxiij
De probatione veri amoris.ca.vij. xxiiij
De occultāda grā ſub hūilitatis cuſtodia.ca.viij xxv.
De vili eſtimatiōe ſuiipi⁹ in oculis dei.ca.ix. xxv
Qḋ omnia ad deum ſicut ad finem vltimum ſunt referenda capitulum.x xxvi
Qḋ ſpreto mundo dulce eſt ſeruire deo.ca.xi. xxvi
Qḋ deſideria cordis examinā da ſunt ⁊ moderanda capitulum duodecimum. xxvij
De informatione pacientie ⁊ luctamine aduerſus concupiſcentias ca.xiij. xxvij
De obedientia humilis ſubditi ad exemplum iheſu chriſti capitulum.xiiij. xxviij
De occultis dei iudicijs conſiderandis ne extollamur in bonis. capitulum.xv. xxviij

# Tabula

Qualiter ſtandum ſit ac dicendum in omni re deſiderabili. capitulum.xvi. xxviij
Oratio p beneplacito dei pficiendo.ca.xvij xxix
Qd verꝫ ſolatiū in ſolo deo eſt querendū:ca.xviij. xxix
Qd oīs ſollicitudo in deo ponenda eſt.ca.xix. xxix
Qd tēporales miſerie, chriſti exemplo equanimiter ſunt ferende capitulum.xx. xxx
De tolerantia iniuriarum. ⁊ quis verus patiens probetur. capitulum.xxi. xxx
De confeſſione proprie infirmitatis. ⁊ huius vite miſerijs capitulum.xxij xxxi.
Qd in deo ſuper omnia bona ⁊ dona requieſcendum eſt.capitulum.xxiij xxxi
De recordatione beneficiorum dei multiplicium.capitulū.xxiiij Folio. xxxij
De qttuor magnā importantibus pacem.xxv. xxxij.
Oratio ꝯtra cogitatōes malas.ca.xxvi xxxiij
Oratio p illuminatione mentis deuotiſſima.c.xxvij. xxxiij
De euitatione curioſe inquiſitionis ſuper alterius vita. capitulum.xxviij. xxxiij
In quibus firma pax cordis ⁊ verus profectus conſiſtit.capitulum.xxix. xxxiij
De eminentia libere mentis. ⁊ q̄ ſupplex oratio magis meretur q̄ lectio.ca.xxx. xxxiiij
Qd priuatus amor a ſummo bono maxime retardat.capitulum xxxi. xxxiiij
Oratio pro purgatione cordis. ⁊ celeſti ſapientia capitulum triceſimumſecundum. xxxv
Contra linguas obtrectatorꝫ.ca.xxxiij. xxxv
Qualiter inſtante tribulatōne deus inuocandus eſt ⁊ benedicēdus capi.xxxiiij. xxxv
De diuino petendo auxilio. ⁊ confidētia recuperande gratie capitulum.xxxv. xxxv
De neglectu omnis creature vt creator poſſit inueniri capitulū xxxvi. xxxvi.

# Tabula


De abnegatione ſui. ⁊ abdicatione omnis cupiditatis capitulū tricesimūſeptimū. xxxvij

De inſtabilitate cordis et de intentione finali ad deum habenda capitulum.xxxviij. xxxvij.

Quod amanti ſapit deus ſuper omnia ⁊ in omnibus capitulum xxxix. xxxvij.

Qđ non eſt ſecuritas a tēptatione in hac vita ca.xl. xxxviij

Contra vana hominū iudicia.c.xli. xxxviij

De pura ⁊ integra reſignatōne ſui ad obtinendā cordis libertatem ca.xlij. xxxix

De bono regimine in externis: ⁊ recurſu ad deum in periculis. capit.xliij. xxxix.

Qđ hō nō ſit importunus in negotijs ca.xliiij. xxxix

Qđ homo nihil boni ex ſe habet. ⁊ de nullo gloriari poteſt capitulum.xlv xl

De cōtemptu oīs tp̄alis honoris ca.xlvi. .xl.

Qđ pax non eſt ponenda in hominibus ca.xlvij. xl

Contra vanā ⁊ ſecularē ſcientiā ca.xlviij. xli.

De nō attrahendo ſibi res exteriores ca.xlix. xli

Qđ non omnibus eſt credendum. ⁊ de facili lapſu verborum capitulum.l. xli.

De confidentia in deo habenda quando inſurgunt verborum iacula capi.li. .xlij

Qđ oīa grauia ꝓ eterna vita ſunt toleranda ca.lij. xliij.

De die eternitatis ⁊ hui⁹ vite anguſtijs ca.liij. xliij

De deſiderio eterne vite. ⁊ quanta ſint certantibus bona promiſſa capitulum.liiij. xliiij.

Qualiter homo deſolatus debeat in manus dei ſe offerre capitulum.lv. xlv

Qđ humilibus inſiſtendum eſt operibus cum deficitur a ſummis capitulum.lvi. xlvi

Qđ homo non reputet ſe conſolatione dignuꝫ ſed magis verberibus reum capitulum.lvij. xlvi.

De gratia dei que non miſcetur terrena ſapientibus capitulum quinquageſimumoctauū. xlvij

De diuerſis motibus nature ⁊ gratie.ca.lix. xlvij
De corruptione nature.⁊ efficatia diuine gratie capitulum ſexa-
geſimū. xlviij
Qđ noſipſos abnegare ⁊ chriſtum imitari debemus per crucem
capitulum.lxi. xlix.
Qđ homo non ſit nimis deiectus quando in aliquos labitur de
fectus capi.lxij. xlix
De altioribus rebus ⁊ occultis iudicijs dei non ſcrutandis capi
tulum.lxiij. l.
Qđ omnis ſpes ⁊ fiducia in ſolo deo eſt figenda capitulum ſexa
geſimumquartum. li

## Capitula libri quarti

Cū quanta reuerēcia chriſtus ſit ſuſcipiendus capitulum primuꝫ
ffolio. lij
Qđ magna bonitas ⁊ charitas dei in ſacramento exhibetur ho
mini capitulum.ij. liij
Qđ vtile ſit ſepe cōmunicare capitulū.iij. liiij
Qđ multa bona preſtantur deuote communicantibus capitu-
lum.iiij. lv
De dignitate ſacramenti et ſtatu ſacerdotali capitulum quintuꝫ
ffolio. lv
Interrogatio de exercitio ante communionem capitulum ſextū
ffolio. lvi
De diſcuſſione proprie conſcientie.⁊ emendationis propoſito.
capitulum.vij lvi
De oblatione chriſti in cruce:⁊ propria reſignatione capitulum
octauum. lvij
Qđ nos ⁊ omnia noſtra deo debemus offerre:⁊ pro omnibus
orare capitulum.ix. lvij
Qđ ſacra cōmunio de facili nō eſt relinquenda ca.x lviij
Qđ corpus chriſti ⁊ ſacra ſcriptura maxime ſint anime fideli ne
ceſſaria capi.xi lix
Qđ cum magna diligentia ſe debeat cōmunicaturus chriſto p̄-

# Tabula


parare.capi.xij. lx.
Q̄ȝ toto corde anima deuota xp̄i vnionem in ſacramento affe-
ctare debet.ca.xiij. lx
De quorundam deuotorum ardenti deſiderio ad corpus chriſti.
captulū.xiiij lxj.
Q̄ȝ gratia deuotionis humilitate ⁊ ſuijpſius abnegatione acq̄-
ritur.capi.xv. lxj.
Q̄ȝ neceſſitates noſtras chriſto aperire ⁊ eius gratiam poſtula-
re debemus.ca.xvi. lxij.
De ardenti amore ⁊ vehementi affectu ſuſcipiendi chriſtum.ca-
pitulum.xvij. .lxij.
Q̄ȝ hō nō ſit curioſus ſcrutator ſacramenti ſed humilis imita-
tor xp̄i:ſubdēdo ſenſū ſuū ſacre fidei.cap.xviij. lxiij.
Tractatus de meditatione cordis. Folio.lxiij


Finit tabula

Bla[illegible] Hurtado
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Año de 160[illegible]
Bla[illegible] Hurtado

Incipit liber primus fratris Thome de Kēpis canonici regu laris ordinis ſcti Auguſtini. De imitatione chriſti ⁊ de cōtēptu omniū vanitatū mundi.

falso ei hic
lus tribuit
ly ist,
ces annos
mq hyc nad
scripsisse
ny, seu Ce
Benedictin

## Capitulum primum.

QVi ſequit᷑ me nō ambulat in tenebris ſed habebit lumen vite dicit domin⁹ Hec ſunt verba chriſti quib⁹ ām̄onemur quaten⁹ vitā eius ⁊ mores imitemur ſi velimus veraciter illuminari: ⁊ ab omni cecitate cordis liberari. Sūmum igit᷑ ſtudiū noſtrū ſit in vita iheſu xp̄i meditari. Doctrina chriſti omnes doctrinas ſctōꝝ p̄cellit. ⁊ qui ſpiritū xp̄i haberet: abſconditū ibi manna inueniret. Sed cōtingit ꝙ multi ex frequenti auditu euāgelij paruū deſideriū ſentiūt q2 ſpiritum chriſti nō habent. Qui aūt vult plene ⁊ ſapide chriſti v̄ba intelligere oportet vt totam vitam ſuā illi ſtudeat conformare. Quid ꝓdeſt tibi alta de trinitate diſputare ſi careas humilitate vnde diſpliceas trinitati. Vere alta verba nō faciūt ſanctū ⁊ iuſtū: ſed virtuoſa vita efficit deo charū. Opto magis ſentire cōpunctionē: ꝗ̄ ſcire eius diffinitionē. Si ſcires totam bibliam menteten⁹: ⁊ omniū philoſophoꝝ dicta: quid totuz ꝓdeſſet ſine charitate dei ⁊ gr̄a. Vanitas vanitatū et om̄ia vanitas: preter amare deū et illi ſoli ſeruire. Iſta ē̄ ſumma ſapientia ꝑ contēptū mundi tendere ad celeſtia regna. Vanitas igit᷑ eſt diuitias perituras querere ⁊ in illis ſperare. Vanitas ꝗ̄ eſt honores ambire ⁊ in altū ſe extollere. Vanitas ē̄ carnis deſideria ſequi. ⁊ illud deſiderare vnde poſtmodum grauiter oportet puniri. Vanitas eſt longā vitam optare: ⁊ de bona vita parū curare. Vanitas eſt p̄ntem vitam ſolū attendere: ⁊ que futura ſunt nō preuidere. Vanitas eſt diligere quod cū omni celeritate tranſit: ⁊ illuc nō feſtinare vbi ſempiternū gaudiū manet. Memento illius frequēter ꝓuerbij: quia nō ſatiat᷑ oculus viſu: nec auris implet᷑ auditu. Stude ergo cor tuū ab amore viſibiliū abſtrahere ⁊ ad inuiſibilia te transferre. Nam ſequentes ſuā ſenſualitatem maculāt conſcientiam: ⁊ ꝑdūt dei gr̄am.

### De humili ſentire ſui ipſius. Capitulū. .ij.

OMnis homo naturalit̄ ſcire deſiderat ſꝫ ſciētia ſine timore dei q̄d importat. Melior eſt ꝓfecto hūilꝭ ruſtic⁹ q̄ deo ſeruit q̄ ſupbus phs q̄ ſe neglecto curſū celi ꝯſiderat. Qui bene ſeipm̄ cognoſcit ſibi ipi vileſcit. nec laudibus delectat̄ humanis. Si ſcirē oīa que in mundo ſūt ⁊ nō eſſem in charitate: q̄d me iuuaret corā deo q̄ me iudicaturus eſt ex facto. Quieſce a nimio ſciendi deſiderio: q2 magna ibi inuenit̄ diſtractio ⁊ deceptio. Sciētes libent̄ volūt videri ⁊ ſapiētes dici. Multa ḡ ſūt q̄ ſcire parꝝ vel nihil aīe ꝓſunt. Et valde inſipiēs eſt q̄ alijs intēdit q̄ his q̄ ſaluti ſue deſeruiūt. Multa v̄ba nō ſatiāt aīaꝫ. ſꝫ bona vita refrigerat mentē: ⁊ pura ꝯſciētia magnā pſtat ad deū ꝯfidētiaꝫ Quāto plus ⁊ meli⁹ ſcis tāto graui⁹ inde iudicaberis niſi ſancti⁹ vixeris. Noli ḡ extolli de vlla arte vl̄ ſciētia: ſꝫ poti⁹ time d̄ data tibi noticia. Si tibi videt̄ q̄ mlta ſcis ⁊ ſat̄ bene intellig̃ ſcito tn̄ q2 ſūt multa plura q̄ neſcis. Noli alta ſape: ſꝫ igrantiā tuā mag̃ fatere. Quid vis te alicui preferre cū plures doctiores te inueniant̄: ⁊ magis i lege piti. Si vis vtiliter aliquid ſcire ⁊ diſcere ama neſciri ⁊ ꝓ nihilo reputari. Hec ē altiſſima ⁊ vtiliſſima lectio ſui ipi⁹ v̄a cognitio ⁊ deſpectio. de ſeipſo nihil tenere ⁊ de alijs ſemꝑ bene ⁊ alte ſentire: magna ſapientia eſt ⁊ ꝑfectio. Si videris aliquē apte peccare vel aliqua grauia ꝑpetrare. nō debes te tamē meliorē eſtimare. quia neſcis q̄ diu poſſis in bono ſtare. Omnes fragiles ſumus: ſed tu neminē fragiliorem te ipſo tenebis.

### De doctrina veritatis. Capitulum .iij.

FElix quem veritas ꝑ ſe docet nō ꝑ figuras ⁊ voces trāſeūtes ſꝫ ſicuti ſe habet. Nr̄a opinio ⁊ noſter ſenſus ſepe nos fallit ⁊ modicū videt. Quid ꝓdeſt magna cauillatio de occl̄tis ⁊ obſcuris rebus de q̄bus nec arguemur in iudicio quia ignorauimus. Grandis inſipi

entia ꝙ neglectis vtilibus ⁊ neceſſarijs vltro intẽdim⁹ curioſis ⁊ damnoſis. Oculos habentes non videm⁹. Et q̃d cure nobis de generib⁹ ⁊ ſpeciebus. Cui eternũ v̄bũ loquit᷑ a multis opinionibus expedit᷑. Ex vno v̄bo oĩa ⁊ vnũ loquunt᷑ omia. Et hoc eſt ꝑncipiũ q̄d ⁊ loquit᷑ nobis. Nemo ſine illo intelligit aut recte iudicat. Cui oĩa vnũ ſũt ⁊ omia ad vnum trahit ⁊ oĩa in vno videt poteſt ſtabilis corde eẽ ⁊ ĩ deo pacific⁹ ꝑmanere. O veritas de⁹ fac me vnũ tecũ in charitate ꝑpetua. Tedet me ſepe multa legere ⁊ audire. In te eſt totũ q̄d volo ⁊ deſidero. Taceãt oẽs doctores. ſileant vniuerſe creature ĩ ꝯſpectu tuo. tu mihi loquere ſolus Quãto aliq̄s magꝭ vnit⁹ ſibi ⁊ interi⁹ ſimplificatus fuerit: tanto plura ⁊ altiora ſine labore intelligit: q2 deſup lumẽ intelligentie accipit. Purus ſimplex ⁊ ſtabilis ſpũs in mł̄tis operibus nõ diſſipat᷑: q2 omia ad dei honorẽ opat᷑: ⁊ in ſe ocioſus ab oĩ ꝓpria exquiſitõe eſſe nitit᷑. Quis te magis impedit ⁊ moleſtat ꝙ tua immortificata affectio cordis. Bonus ⁊ deuotus hõ opa ſua prius intus diſponit que foris agere debet. Nec illa trahũt eũ ad deſideria vicioſe inclinatõis: ſ3 ipe inflectit ea ad arbitriũ recte rõnis Quis habet fortius certamen ꝙ qui nitit᷑ vincere ſeipm. Et hoc deberet eẽ negociũ noſtrũ: vincere vic3 ſeipm: ⁊ quotidie ſeipſo fortiorẽ fieri: atq3 in meli⁹ aliquid ꝓficere. Oĩs ꝑfectio in hac vita quãdã imꝑfectionẽ ſibi habet annexã: ⁊ oĩs ſpeculatio noſtra q̄dã caligine nõ caret. Humilis tui cognitio certior via eſt ad deum ꝙ ꝓfũde ſcientie inq̄ſitio. Nõ eſt culpanda ſciẽtia aut quelibet ſimplex rei noticia que bona eſt in ſe ꝯſiderata ⁊ a deo ordinata ſed ꝓferẽda eſt ſꝑ bona ꝯſciẽtia ⁊ v̄tuoſa vita. Qui v̄o plures magꝭ ſtudẽt ſcire ꝙ bene viuere. iõ ſepe errãt. ⁊ pene nullu3 vel modicũ fructũ ferũt. O ſi tantã adhiberẽt diligentiã ad extirpanda vicia ⁊ virtutes inſerendas: ſicuti ad mouendas queſtiones nõ fierent tãta mala ⁊ ſcandala in populo: nec tanta diſſolutio in cenobijs. Certe adueniente die iudicij non queret᷑ a nobis quid legimus. ſed quid fecimus. nec ꝙ bene diximus ſed ꝙ religioſe viximus. Dic mihi vbi ſunt modo omnes illi domini ⁊ magiſtri quos bene nouiſti dum adhuc viuerent et in ſtudijs florerent. Iam eorum prebendas alij poſſident: et neſcio vtrum de eis recogitant. In vita ſua aliquid videbantur: ⁊ modo de illis

tacet̃. O q̃cito tranſit gloria mundi. Utinã vita eoꝝ ſcientie ip-
ſorũ concordaſſẽt: tũc bene ſtuduiſſent 7 legiſſent. q̃multi ꝑeunt
ꝑ vanã ſcientiã in hͦ ſeculo qui parũ curant de dei ſeruitio. Et q̃2
magis eligũt magni eſſe q̃ humiles: ideo euaneſcũt in cogitatio
nibus ſuis. Uere magnus eſt qui magnã habet charitatẽ. Ue-
re magnus eſt qui in ſe paruus eſt: 7 ꝓ nihilo omne culmẽ hono
ris ducit. Uere prudens eſt qui omnia terrena arbitrat̃ vt ſterco
ra vt chriſtum lucrifaciat. 7 vere bene doctus eſt qui dei volun-
tatem facit: 7 ſuam voluntatem relinquit.

### De prudentia in agendis. Capitulum quartum.

NOn eſt credendũ omni verbo
nec inſtinctui ſed caute 7 longanimiter res eſt ſm de
um ponderanda. Prohdolor ſepe malum facilius q̃
bonũ de alio credit̃ 7 dicit̃. ita infirmi ſumus. Sed ꝑfecti viri nõ
facile credũt omni enarranti. quia ſciunt infirmitatem humanaꝫ
ad malũ ꝓcliuã 7 in verbis ſatꝭ labilem. Magna ſapientia ẽ non
eſſe precipitem in agendis. nec pertinaciter in ꝓprijs ſenſibus
ſtare. Ad hanc etiã pertinet non quibuſlibet hominũ verbis cre
dere nec audita vel credita mox ad alioꝝ aures effundere. Cũ ſa-
piente 7 cõſcientioſo viro cõſiliũ habe 7 quere potius a meliori
inſtrui q̃ tuas adinuentõnes ſequi. Bona vita facit hominẽ ſa-
pientẽ ſm deum 7 expertum in multis. Quanto quis in ſe humi
lior fuerit 7 deo ſubiectior: tanto in oibꝰ erit ſapiẽtior 7 pacatior

### De lectione ſanctarũ ſcripturarũ. Capitulum .v.

VEritas eſt in ſcripturis ſanctiſ
querenda: nõ eloquẽtia. Omnis ſcriptura ſacra eo ſpi
ritu debet legi quo facta eſt. Querere potius debe-
mus vtilitatẽ in ſcripturis q̃ ſubtilitatẽ ſermonis. Ita libenter
deuotos 7 ſimplices libros legere debemus ſicut altos 7 ꝓfun-
dos. Non te offendat auctoritas ſcribentis vtrum parue vel ma

gne literature fuerit:ſed amoꝛ pure veritatꝭ te trahat ad legendū. Non queras quis hoc dixerit.ſed quid dicatꝛ attende. Homines trāſeūt:ſed veritas dn̄i manet ineternū. Sine pſonaꝝ acceptōe varijs modis loquitꝛ nobis deus. Curioſitas noſtra ſepe nos impedit in lectione ſcripturarū:cū volumus intelligere ⁊ diſcutere. vbi ſimpliciter eſſet tranſeundū. Si vis ꝓfectū haurire.lege humiliter ſimpliciter ⁊ fideliter.nec vnq̄ velis habere nomē ſcientie. Interroga libenter:⁊ audi tacens v̄ba ſanctoꝝ:nec diſpliceant tibi parabole ſenioꝝ.ſine cauſa eīm nō ꝓferūtꝛ.

## De inordinatis affectōnibus. Capitulū.vi.

QVandocunq̄ homo aliq̄d inoꝛdinate appetit ſtatim in ſe inquietus fit. Sup̄bus ⁊ auarus nunq̄ quieſcūt. Pauper ⁊ humilis ſpiritu ī multitudine pacis ꝯuerſatꝛ. Homo qui necdū pfecte in ſe moꝛtuus eſt.cito temptatꝛ ⁊ vincitur in paruis ⁊ vilibus rebus. Infirmus ſpiritu ⁊ quodāmodo adhuc carnalis ⁊ ad ſenſibilia inclinatus.difficulter ſe poteſt a terrenis deſiderijs ex toto abſtrahere: ⁊ ideo ſepe habet triſticiā cum ſe ſubtrahit.leuiter etiā indignatꝛ ſi quis ei reſiſtit. Si aūt pſecutus fuerit qđ concupiſcit. ſtatī ex reatu ꝯſcientie grauatꝛ.q2 ſecutus eſt paſſionē ſuam:que nihil iuuat ad pacē quā queſiuit. Reſiſtēdo igitꝛ paſſionibus inuenitur vera pax coꝛdis.non aūt ſeruiendo eis. Non eſt ergo pax in coꝛde hominis carnalis.non in homine exterioꝛibus dedito. ſed in feruido et ſpirituali.

## De vana ſpe ⁊ elatione fugienda. Capitulū.vij.

BAnus eſt qui ſpē ſuā ponit in hominibus aut in creaturis. Nō te pudeat alijs ſeruire amoꝛe iheſu xp̄i ⁊ pauperē in hoc ſeculo videri. Nō ſtes ſup teipm̄:ſ; in deo ſpē tuā ꝯſtitue. Fac qđ in te eſt:⁊ deus aderit bone volūtati tue. Nō ꝯfidas in tua ſciētia.vl' cuiuſq̄ aſtutia viuētis:ſ; magis in dei gr̄a q̄ adiuuat hūiles.⁊ de ſe pſumen-

tes humiliat. Ne glorieris in diuitijs ſi aſſunt: nec in amicis q̄a potentes ſunt ſed in deo q̄ oīa preſtat: ⁊ ſeip̄m ſup oīa dare deſiderat. Non te extollas de magnitudine vel pulchritudine corporis: q̄ modica infirmitate corrūpit̃ ⁊ defedat̃. Nō placeas tibi ipſi de habilitate aut ingenio tuo. ne diſpliceas deo cui⁹ eſt totū quicq̄d boni naturaliter habueris. Nō te reputes alijs meliorē ne forte corā deo deterior habearis. q̄ ſcit quid eſt in hoīe. Non ſuꝑbias de opibus bonis q̄r aliter ſunt iudicia dei q̄ hoīm. cui ſepe diſplicet qd̄ hominibus placet. Si aliquid boni habueris crede de alijs meliora: vt humilitatē conſerues. Nō nocet ſi omnibus te ſupponas. nocet aūt plurimū ſi vel vni te ꝑponas. Iugis pax cū humili. in corde aūt ſuꝑbi zelus ⁊ indignatio frequēs

De cauenda nimia familiaritate. Capitulum. viij.

NOn omni homī reueles cor tuum. ſꝫ cū ſapiente ⁊ timente deū age cauſam tuā. Cū iuuenibus ⁊ extraneis rarus eſto. Cū diuitibus noli blandiri: ⁊ coram magnatis non libenter appareas. Cū humilibus ⁊ ſimplicibus. cū deuotis ⁊ morigeratis ſociare: ⁊ que edificatōis ſunt ꝑtracta. Non ſis familiaris alicui mulieri ſed in cōmuni oēs bonas mulieres deo cōmenda. Soli deo ⁊ angelis ei⁹ opta familiaris eſſe. ⁊ hoīm noticiam deuita. Charitas habenda eſt ad oēs. ſed familiaritas non expedit. Q̄nqꝫ accidit vt ꝑſona ignota ex bona fama luceſcat. cui⁹ tamē preſentia oculos intuentiū obfuſcat. Putamus aliq̄n alijs placere ex cōiunctōe noſtra. ⁊ incipimus magis diſplicere ex morū improbitate ī nobis. conſiderata.

De obedientia et ſubiectōne. Capitulum. ix.

VAlde magnū eſt in obediētia ſtare. ſub prelato viuere. ⁊ ſui iuris nō eſſe. Multo tutius eſt ſtare in ſubiectōne q̄ in ꝑlatura. Multi ſunt ſub obedientia magis ex neceſſitate q̄ ex charitate. ⁊ illi penam habent ⁊

leuiter murmurant.nec libertatē mētis acquirent niſi ex toto coꝛ
de ꝓpter deū ſe ſubijciant. Curre hic vel ibi:nō inuenies quietē
niſi in humili ſubiectōne ſub prelati regimine. Imaginatio loco
rū ⁊ mutatio mltos fefellit. Verū ē ꝙ vnuſqſq; libēter agit ꝑ ſen
ſu ſuo:⁊ inclinat ad eos magis q̇ ſecū ſentiūt Sed ſi de⁹ eſt inter
nos neceſſe eſt vt relinqm⁹ etiā qnq; noſtꝝ ſentire ꝓpter bonum
pacis. Quis ē ita ſapiēs q̇ oia plene ſcire pōt. Ergo noli nimis ī
ſenſu tuo ↄfidere:ſed velis etiā libent aliorꝝ ſenſū audire. Si bo
nū eſt tuū ſentire ⁊ hoc ipm ꝓpter deū dimitt̄ ⁊ aliū ſeq̄ris mag
exinde ꝓficies. Audiui em̄ ſepe ſecur⁹ eſſe audire ⁊ accipere ↄſi
liū ꝙ dare. pōt em̄ cōtingere vt bonū ſit vniuſcuiuſq; ſentire. ſed
nolle alijs acquieſcere cum id ratio aut cauſa poſtulat. ſignum ē
ſupbie ⁊ pertinacie.

De cauenda ſupfluitate verboꝛum. Capitulū .x.

HAueas tumultū hominū ꝙtū
potes. multū em̄ impedit tractatus ſecularium geſto
rum etiā ſi ſimplici intentōne ꝓferant. Scito em̄ inq̄
namur vanitate ⁊ captiuamur. Vellem me pluries tacuiſſe ⁊ in-
ter hoīes nō fuiſſe. Sed quare tam libenter loquimur ⁊ inuicem
fabulamur: cū tamē raro ſine leſione ↄſciētie ad ſilentiū redimus
Ideo tā libent loquimur: qꝛ ꝑ mutuas locutōes ab inuicē conſo
lari q̄rim⁹: ⁊ coꝛ diuerſis cogitatōib⁹ fatigatū opta⁹ reuelare. Et
multū libenter de his q̄ multū diligimus vel cupimus. vel q̄ no-
bis cōtraria ſentimus libet loqui ⁊ cogitare. Sed ꝑdoloꝛ ſepe in
aniter ⁊ fruſtra. Nā hec exterioꝛ ↄſolatio interioꝛis ⁊ diuine con
ſolationis nō modicū detrimentū eſt. Ideo vigilandū eſt ⁊ oꝛan
dū ne tp̄s ocioſe tranſeat. Si loqui licet ⁊ expedit. q̄ edificabilia
ſunt loquere. Malus vſus ⁊ negligentia ꝓfect⁹ nr̄i multum facit
ad incuſtodiā oꝛis nr̄i. Iuuat tn̄ nō parū ad ꝓfectū ſpiritualem
deuota ſpūalium rerū collatio, maxime vbi pares animo ⁊ ſpiri-
tu in deo ſibi ſociant.

De pace acquirenda ⁊ zelo ꝓficiendi. Capitulū .xi.

MVltā poſſumꝰ pacē habere ſi
nō vellemus nos cuꝫ alioꝝ dictis ⁊ factis q̄ ad nr̄am
curā nō ſpectāt occupare. Quō poteſt ille diu in pace
manere q̄ alienis curis ſe intermiſcet: q̄ occaſiões forinſecus q̄-
rit: qui parū vel raro ſe intrinſecus colligit. Beati ſimplices qm̄
multā pacē habebūt. Quare quidā ſanctoꝝ tā pfecti ⁊ contem
platiui fuerūt. qꝛ oīno ſeipſos mortificare ab oībus terrenis de-
ſiderijs ſtuduerūt. ⁊ ideo totis medullis cordis deo inherere at-
qꝫ libere ſibi vacare potuerūt. Nos quidē nimiū occupamur ꝓ-
prijs paſſionibus: ⁊ de trāſitorijs nimis ſollicitamur. Raro etiaꝫ
vnū vicium pfecte vincimus: ⁊ ad quotidianū ꝓfectū nō accen-
dimur. ideo frigidi ⁊ tepidi remanemus. Si eſſemus nobiſipſis
pfecte mortui. ⁊ interius minime implicati tunc poſſemus etiaꝫ
diuina ſape ⁊ de celeſti cōtemplatione aliquid expiri. Totum et
maximū impedimentū eſt. qꝛ nō ſumus a paſſionibus ⁊ cōcupiſ
centijs liberi: nec pfectā ſanctoꝝ viā conamur ingredi. Quādo
etiā modicū aduerſitatis occurrit: nimis cito deijcimur: ⁊ ad hu-
manas ꝯſolatōnes ꝯuertimur. Si niteremur ſicut viri fortes ſta
re in prelio: ꝓfecto auxiliū dn̄i videremus ſupꝫ nos de celo. Ipſe
em̄ certātes ⁊ de gratia ſua ſperantes paratus eſt adiuuare. qui
nobis certandi occaſiões ꝓcurat vt vincamus. Si tm̄ in iſtis ex
terioribus obſeruantijs ꝓfectū religionis ponimus cito finē ha
bebit deuotio noſtra. Sed ad radicē ſecurim ponamus vt purga
ti a paſſionibus pacificā mentē poſſideamus. Si omi anno vnū
vicium extirparemus: cito viri pfecti efficeremur. Sꝫ modo ecō
trario ſepe ſentimus vt meliores ⁊ puriores in initio ꝯuerſionis
nos fuiſſe inueniamus q̄ꝫ poſt mľtos annos ꝓfeſſionis. Feruor
⁊ ꝓfectus noſter quotidie deberet creſcere: ſ nūc ꝓ magno videt
ſi quis primi feruoris ptē poſſit retinere. Si modicā violentiam
faceremus in principio tūc poſtea cūcta poſſemus facere cū leui
tate ⁊ gaudio. Graue eſt aſſueta dimittere. ſ grauiꝰ ē ꝯtra ꝓpriā
volūtatē ire. Sꝫ ſi nō vincis parua ⁊ leuia: qn̄ ſupabis difficiliora.
Reſiſte i pncipio iclinatōi tue ⁊ malā deſiſte ꝯſuetudinē: ne forte
paulatim ad maiorē te ducat difficultatem. O ſi aduerteres q̄-
tam tibi pacē ⁊ alijs leticiā faceres teipm̄ bene habēdo: puto qꝫ

ſollicitioꝛ eſſes ad ſpiritualem ꝓfectum.

De vtilitate aduerſitatis. Capitulum.xij.

VOnū eſt nobis q̄ aliquando habemus aliquas grauitates ꝛ ꝯtrarietates. q2 ſepe hominē ad coꝛ reuocāt q̄tenus ſe in exilio eſſe cognoſcat. nec ſpem ſuā in aliqua re mūdi ponat. Bonū eſt q̄ patiamur q̄n̄q3 ꝯtradictoꝛes ꝛ q̄ male ꝛ impfecte de nobis ſentiat etiā ſi bene agimus ꝛ intendimus. Jſta ſepe iuuāt ad humilitatem ꝛ a vana glīa nos defendunt. Tūc enī melius interioꝛē teſtē deū querimus qn̄ foris vilipendimur ab hoībus: ꝛ nō bene nob credit. Jdeo deberet ſe homo in deo totaliter firmare vt nō eſſet ei neceſſe multas cōſolatōes querere. Qn̄ hō bone volūtatis tribulat vel temptat aut malis cogitatōibus affligit. tūc deum ſibi magis neceſſariū intelligit. ſine quo nihil boni ſe poſſe dephendit Tūc etiā triſtat gemit ꝛ oꝛat ꝓ miſerijs q̄s patit. Tūc tedet eū diutius viuere: moꝛtē optat iuenire vt poſſit diſſolui ꝛ cū xp̄o eſſe. Tūc etiam bene aduertit pfectam ſecuritatem ꝛ plenam pacem in mundo non poſſe conſtare.

De temptationibus reſiſtēdis. Capitulum.xiij.

QUādiu in mundo viuimus ſine tribulatōe ꝛ tēptatōne eſſe nō poſſumus. Vnd̄ in Job ſcriptū eſt. Tēptatio eſt vita hoīs ſup terrā. Jō vnuſquiſq3 ſollicitus eſſe deberet circa tēptatōes ſuas ꝛ vigilare in oꝛōnib9 ne dyabol9 locū iueniret decipiēdi q̄ nū̄q̄ doꝛmitat: ſ circuit querēs quē deuoꝛet. Nemo tā pfect9 ē ꝛ ſctūs qui nō habeat aliqn̄ tēptatōnes: ꝛ plene eis carere non poſſumus. Sunt tn̄ temptatōnes hoī ſepe valde vtiles licet moleſte ſint ꝛ graues quia in illis hō humiliat purgat ꝛ erudit. Omnes ſancti p multas tribulationes ꝛ temptatōes tranſierunt ꝛ ꝓfecerunt ꝛ q̄ bene temptatōnes ſuſtinere nequiuerunt reprobi facti ſunt ꝛ defecerunt. Non eſt aliquis oꝛdo tā ſanctus nec locus tam ſecretus

vbi non ſint temptatiões vel aduerſitates. Non eſt hõ ſecurus a
temptatõibus totalr̃ ꝗ̃diu vixerit. q2 in nobis eſt vñ temptamur
ex quo in cõcupiſcẽtia nati ſumus. Una temptatõne ſeu tribula
tione recedente alia ſupuenit. ⁊ ſemꝑ aliquid ad patiendũ habe
bimus. Nã bonũ felicitatis noſtre ꝑdidimus. Multi querunt tẽ
ptatõnes fugere. ⁊ grauiꝰ incidũt in eas. Per ſolã fugam nõ poſ-
ſumus vincere. ſed ꝑ pacientiã ⁊ verã humilitatẽ oĩbus hoſtibꝰ
efficimur fortiores. Qui tantũmodo exteriꝰ declinat nec radicez
euellit paꝝ ꝓficiet. imo citius ad eũ tẽptatõnes redient ⁊ peiꝰ
ſentiet. Paulatim ⁊ pacientiam cũ longanimitate deo iuuante
melius ſuꝑabis: ꝗ̃ cũ duritia ⁊ importunitate ꝓpria ſepiꝰ accipe
conſiliũ in temptatõne. ⁊ cũ temptato noli duriter agere. ſed con
ſolationẽ ingere ſicut tibi optares fieri. Initiũ oĩm malaꝝ tem-
ptationũ incõſtantia animi ⁊ parua ad deum confidentia. quia
ſicut nauis ſine gubernaculo hincinde a fluctibus impellitur: ita
homo remiſſius ⁊ ſuũ ꝓpoſitũ deſerens varie temptat̃. Ignis ꝓ
bat ferrũ: ⁊ temptatio hoĩem iuſtũ. Neſcimus ſepe quid poſſumꝰ
ſed temptatio aperit quid ſumus. Uigilandũ eſt tñ p̃cipue circa
initiũ temptationis q2 tũc faciliꝰ hoſtis vincit̃ ſi oſtiũ mentis nul
latenus intrare ſinit̃. ſed extra limen ſtatim vt pulſauerit illi obui
atur. Unde quidam dixit. Principijs obſta ſero medicina parat̃
Cũ mala ꝑ longas ꝯualuere moras. Nã primo occurrit mẽti ſim
plex cogitatio. deinde fortis imaginatio. poſtea delectatio ⁊ mo
tus prauus ⁊ aſſenſio. Sicq3 paulatim ingredit̃ hoſtis malignꝰ
ex toto dum illi nõ reſiſtit̃ in p̃ncipio. Et ꝗ̃to diutius ꝗs ad reſi-
ſtendũ torpuerit tanto in ſe quotidie debilior fit ⁊ hoſtis contra
eũ potentior. Quidã in p̃ncipio cõuerſionis ſue grauiores tem-
ptatõnes patiunt̃. quidã aũt in fine. quidã ṽo quaſi ꝑ totam vi-
tam ſuam male habent. Nõnulli ſatis leuiter temptant̃: ſm̃ diuīe
ordinatõis ſapientiam ⁊ equitatem. qui ſtatũ ⁊ merita hominuz
penſat. ⁊ cũcta ad electoꝝ ſuoꝝ ſalutem preordinat. Ideo nõ de
bemus deſperare cũ temptamur. ſed eo feruentius deuz exorare
quatenus nos in omni tribulatõne dignet̃ adiuuare. ꝗ vtiq3 ſm̃
dictum Pauli talem faciet cum temptatione prouentum vt poſ
ſimus ſuſtinere. Humiliemus ergo animas noſtras ſub manu dĩ
in omni temptatione ⁊ tribulatione: quia humiles ſpũ ſaluabit

et exaltabit. Jn temptationibus ⁊ tribulationibus ꝓbatur hō
q̃tum profecit: ⁊ ibi maius meritū exiſtit.. ⁊ virtus melius pate
ſcit. Nec magnū eſt ſi homo deuotus ſit ⁊ feruidus cū grauitatē
non ſentit. ſed ſi tēpe aduerſitatis pacienter ſe ſuſtinet ſpes ma-
gni ꝓfectus erit. Quidā a magnis temptationibus cuſtodiunt̃
⁊ in paruis quotidianis ſepe vincunt̃. vt humiliati nunq̃ de ſeip
ſis in magnis confidant qui in tam modicis infirmantur.

De temerario iudicio vitando. Capitulum. xiiij.

AD teipm̃ oculos reflecte: et ali
orum facta caueas iudicare. Jn iudicādo alios homo
fruſtra laborat: ſepius errat ⁊ leuiter peccat. Seipm̃
ꝟo iudicando ⁊ diſcutiendo ſemꝑ fructuoſe laborat. Sic nobis
res cordi eſt. ſic de ea frequenter iudicamus. Nam veruꝫ iudiciū
ꝓpter priuatū amorem faciliter perdimus. ſi deus ſemꝑ eſſet pu
ra intentio noſtri deſiderij: nō tam faciliter turbaremur ꝓ reſiſten
tia ſenſus noſtri. Sed ſepe aliquid ab intra latet. vel etiaꝫ ab ex
tra concurrit quod nos etiam pariter trahit. Multi occulte ſeip
ſos querunt in rebus quas agunt ⁊ neſciunt. Vident̃ etiam ī bo
na pace ſtare: quando res ꝓ eoꝝ felle fiunt ⁊ ſentire. Si aūt aliter
fit q̃ cupiūt. cito mouent̃ ⁊ triſtes fiūt. Propt̃ diuerſitatē ſenſuū
⁊ opinionū ſatis frequent̃ oriunt̃ diſſenſiones int̃ amicos ⁊ ciues
int̃ religioſos ⁊ deuotos. Antiq̃ ꝯſuetudo difficulter relinquitur
⁊ vltra ꝓpriū videre nemo libent̃ ducit̃. Si rōni tue magꝭ innite-
ris vel induſtrie q̃ virtuti ſubiectiue ihesu xp̄i raro ⁊ tarde eris
hō illuīatus q: deus vult nos ſibi ꝑfecte ſubijci: ⁊ oēm rōnem ꝑ
inflāmatum amorem tranſcendere.

De operibus ex charitate factis. Capitulū. xv.

PRo nulla re mundi et ꝓ nullius
hoīs dilectōe aliq̃d malū ē faciendū. ſed ꝓ vtilitate in
digētis opꝰ bonū aliqñ intmittendū ē aut etiā ꝓ me-

liori mutandū. hoc em̄ facto opus bonū nō deſtruit: ſed in melius
cōmutat᷑. Sine charitate opus externū nihil ꝓdeſt. quicq̄d autē
ex charitate agit᷑ q̄tūcunq̄ etiā paruū ſit ⁊ deſpectū totū efficit᷑
fructuoſum. Magis ſiquidem deus penſat ex quāto quis agit:
q̄ quantū quis facit. Multū facit qui multū diligit. Multū fa
cit qui rē bene facit. Bene facit qui magis cōmunitati q̄ ſue vo-
luntati ſeruit. Sepe videt᷑ eſſe caritas ⁊ eſt magis carnalitas. q̄a
carnalis inclinatio. ꝓpria volūtas ſpes retributōnis affectus cō
moditatis raro abeſſe volūt. Qui veram ⁊ ꝑfectā charitatē ha-
bet: in nulla re ſeipm̄ querit: ſed dei ſolūmodo gloriā in omnibus
fieri deſiderat. Nulli etiā īuidet. q2 nullū priuatū gaudium amat
nec in ſeipo vult gaudere: ſ3 in deo ſup omnia bona optat beatifi
cari. Nemini aliquid boni attribuit. ſed totaliter ad deū refert a
quo fontaliter oīa ꝓcedūt: in quo finaliter omnes ſancti fruibi
liter quieſcūt. O qui ſcintillam haberet vere charitatis: ꝓfecto
oīa terrena ſentiret plena fore vanitatis.

## De ſufferentia defectuū alioꝝ: Capitulū decimūſextū.

Quę hō in ſe vel in alijs emē-
dare nō valet debet paciēter ſuſtinere donec de⁹ aliter
ordinet. Cogita q2 forte ſic meli⁹ eſt ꝓ tua ꝓbatōne et
patiētia. ſine q̄ nō ſūt multū pōderāda merita noſtra. Debes tn̄
ꝓ talibus impedimētis ſupplicare. vt de⁹ tibi dignet᷑ ſubuenire
⁊ poſſis benigne portare. Si q̄s ſel᷑ aut bis admonit⁹ nō acqui-
eſcit noli cū eo ꝯtēdere: ſ3 totū deo cōmitte vt fiat voluntas eius
⁊ honor in oib⁹ ſeruis ſuis. q̄ ſcit bene mala ī bonū ꝯuertere. Stu
de patiēs eſſe in tolerādo alioꝝ defectus ⁊ qualeſcūq̄ infirmita
tes. q2 ⁊ tu m̄lta habes q̄ ab alijs oportet tolerari. Si nō potes
te talē facere q̄lē vis. quō poteris aliū hr̄e ad tuū bn̄placitū. Li-
benter habemus alios ꝑfectos. ⁊ tn̄ ꝓprios non emēdam⁹ defe
ctus. Volum⁹ q̄ alij ſtricte corrigant᷑: ⁊ ipi corrigi nolum⁹. Diſpli
cet larga alioꝝ licentia: ⁊ tamē nobis nolumus negari quod pe
timus. Alios reſtringi per ſtatuta volumus: et ipſi nullatenus
patimur amplius cohiberi. Sic ergo patet q̄ raro proximum ſi-

cut noſipos penſamus. Si eſſent omnes perfecti quid tunc ha-
beremus ab alijs ꝓ deo pati. Nūc aūt deus ſic ordinauit: vt diſ-
camus alter alteri⁹ onera portare. q: nemo ſine defectu: nemo ſi-
ne onere: nemo ſibi ſufficiens: nemo ſibi ſatis ſapiens. ſed opor-
tet nos inuicem portare. inuicē cōſolari. pariter adiuuare: inſtru-
ere ⁊ admonere. Quante aūt ꝟtutis quiſq; fuerit melius patet
occaſione aduerſitatis. Occaſiones nanq; hominē fragilem nō
faciunt: ſed qualis ſit oſtendunt.

De monaſtica vita. Capitulū .xvij.

Oportet vt diſcas teipſū in mul-
tis frangere ſi vis pacē ⁊ concordiam cū alijs tenere
Nō eſt paruū in monaſterijs vel in cōgregatione habi-
tare. ⁊ ibi ſine querela cōuerſari ⁊ vſq; ad mortē fidelis perſeue-
rare. Beatus quidē qui ibi bene vixit: ⁊ feliciter conſummauit.
Si vis debite ſtare ⁊ ꝑficere teneas te tanq̄ exulē ⁊ ꝑegrinū ſu-
per terram. Oꝑtet te ſtultum fieri ꝓpter chriſtū. Si vis religio-
ſam ducere vitā habitus ⁊ tonſura modicū cōferunt. ſed muta-
tio mor̄ ⁊ integra mortificatio paſſionū verū faciunt religioſū.
Qui aliud querit q̄ pure deū ⁊ aīe ſue ſalutem non inueniet niſi
tribulationē ⁊ dolorē. Nō poteſt etiā diu ſtare pacificus qui nō
nitit̄ eſſe minimus ⁊ oībus ſubiectus. Ad ſeruiendū veniſti non
ad regendum. Ad patiendū ⁊ laborandū ſcias te vocatū. nō ad
ociandū vel fabulandū. Hic ergo ꝓbant̄ homīes ſicut aurū in for-
nace. Hic nemo poteſt ſtare niſi ex toto corde ſe voluerit propter
deum humiliare.

De exemplis ſanctorum patrum. Capitulum .xviij

Intuere ſanctorū patrum fer-
uida exempla in q̇bus vera ꝑfectio refulſit ⁊ religio: ⁊
videbis q̄ modicū ſit ⁊ pene nihil qd̄ nos agim⁹. Heu
quid eſt vita nr̄a ſi illis fuerit cōpata. Sctī ⁊ amici chriſti dn̄o ſer-

uierūt in fame ⁊ ſiti:i frigore ⁊ nuditate:i labore ⁊ fatigatōe:i vi
gilijs ⁊ ieiunijs.in orationibus ⁊ ſanctis meditationibus.in pſe
cutionibus et obprobrijs multis. O ꝙ̄ multas ⁊ graues tribula
tiones paſſi ſūt apoſtoli:martyres:confeſſores ꝟgines ⁊ reliqui
omnes:qui chriſti veſtigia voluerūt ſequi. Nam animas ſuas in
hoc mūdo oderunt:vt in eternam vitam eas poſſiderent. O ꝙ̄
ſtrictam ⁊ abdicatam vitam ſancti patres in heremo duxerunt
ꝙ̄ longas ⁊ graues temptatōnes ꝑtulerunt:ꝙ̄ frequenter ab ini
mico vexati ſunt.ꝙ̄ crebras ⁊ feruidas oꝛ̃ones deo obtulerunt:
ꝙ̄ rigidas abſtinentias ꝑegerunt:ꝙ̄ magnū zelum ⁊ feruorez ad
ſpirituale ꝓfectū habuerūt:ꝙ̄ forte bellum aduerſus edomatio-
nē viciorꝝ geſſerunt:ꝙ̄ puram ⁊ rectam intentionez ad deum te-
nuerūt. Per diē laborabāt ⁊ noctibus oꝛ̃oni diuine vacabāt: ꝙ̄-
ꝙ̄ laborando ab oꝛ̃one mentali minime ceſſarēt. Omne tps vtilit̃
expēdebant:omnis hora ad vacandū deo breuis videbat̃:⁊ pre
magna dulcedine ꝯtemplatōnis etiā obliuioni tradebat̃ neceſſi
tas corpalis refectōis. Omnibus diuitijs dignitatibꝰ honoribꝰ
amicis ⁊ cognatis renūciabant:nil de mūdo habere cupiebant:
vix neceſſaria vite ſumebāt:corpi ſeruire etiā in neceſſitate dole-
bant. Pauperes igit̃ erāt rebus terrenis:ſed diuites valde i gra
tia ⁊ ꝟtutibus. Foris egebāt.ſed intus gratia ⁊ ꝯſolatōne diui-
na reficiebant̃. Mundo erant alieni:ſed deo ꝓximi ⁊ familiares
amici. Sibiipſis videbant̃ tanꝙ̄ nihili ⁊ huic mūdo deſpecti. ſed
erāt in oculis dei ꝑcioſi ⁊ electi. In vera humilitate ſtabant: in
ſimplici obedientia viuebāt.in charitate ⁊ patiētia ambulabāt
⁊ ideo quotidie in ſpū ꝓficiebant ⁊ magnā apud deū gratiā ob
tinebāt. Dati ſunt in exemplū oībus religioſis.⁊ plus ꝓuocare
nos debent ad bene ꝓficiendū ꝙ̄ tepidorꝝ numerus ad relaxan-
dum. O quātus feruor omniū religioſorꝝ in principio ſue ſancte
inſtitutōnis fuit. O quanta deuotio oratōnis:quanta emulatio
virtutis:ꝙ̄ magna diſciplina viguit.quanta reuerentia ⁊ obedi
entia ſub regula magiſtri in omnibus effloruit. Teſtantur adhuc
veſtigia derelicta ꝙ vere viri ſancti ⁊ ꝑfecti fuerunt.qui tam ſtre
nue militantes mundum ſuppeditauerunt. Iam magnus puta-
tatur ſi quis tranſgreſſor non fuerit:ſi quis quod accepit cuz pa

tientia tolerare potuerit. Ach tepoꝛis ⁊ negligētie ſtatus noſtri ꝙ tam cito declinamus a priſtino feruoꝛe: et iam tedet viuere ꝑ laſſitudine ⁊ tepoꝛe. Utinam in te penitus non doꝛmitet profe-ctus virtutum: qui multa ſepius exempla vidiſti deuotoꝝ.

## De exercitijs boni religioſi. Capitulum. xix.

I Jta boni religioſi omnibus virtutibus pollere debet: vt ſit talis interius qualis videtur hominibus exterius. Et merito multo plus debet eſſe intus. ꝙ quod cernit foris. quia inſpectoꝛ noſter eſt deus quem ſummope reuereri debemus vbicunqꝫ fuerimus: et tanqꝫ angeli in conſpectu eius mūdi incedere. Omni die renoua-re debemus ꝓpoſitum noſtrum ⁊ ad feruoꝛeꝫ nos excitare quaſi hodie primum ad conuerſionem veniſſemus atqꝫ dicere: Adiu-ua me domine deus meus in bono propoſito ⁊ ſancto ſeruitio tuo. ⁊ da mihi nunc hodie perfecte incipere: quia nihil eſt quod hactenus feci. Sc̄dm propoſitum noſtrum curſus profectus no-ſtri ⁊ multa diligentia opus eſt bene proficere volenti. ꝙ ſi forti-ter proponens ſepe deficit: quid ille qui raro aut minus fixe ali-quid proponit. Uarijs tamen modis contingit deſertio propo-ſiti noſtri: ⁊ leuis omiſſio exercitioꝝ vix ſine aliquo diſpendio tranſit. Juſtoꝝ propoſitum in gratia dei potius ꝙ in propꝛia ſapientia pendet: in quo ⁊ ſemper confidunt quicquid arripiūt. Nam homo proponit ſed deus diſponit: nec eſt in homine via eius. Si pietatis cauſa aut fraterne vtilitatis propoſito quan-doqꝫ conſuetum omittitur exercitium. facile poſtea poterit recu-perari. Si aūt tedio animi aut negligentia faciliter relinquit: ſa-tis culpabile eſt ⁊ nociuum ſentietur. Conemur quantum poſſu-mus adhuc leuiter deficiemus in multis. Semper tamen ali-quid certi proponendum eſt contra illa precipue que amplius nos impediunt. Exterioꝛa noſtra et interioꝛa pariter a no-

bis ſcrutanda ſunt ⁊ ordinanda: quia vtraq; expediunt ad ꝑfectū. Si nō continue te vales corrigere: ſaltē interdū ⁊ ad minus ſemel in die. mane videlicet aut veſpere. Mane ꝓpone. veſpere diſcute mores tuos qualis hodie fuiſti in v̄bo ope ⁊ cogitatione quia in his ſepius forſitan deū offendiſti ⁊ proximum. Accinge te ſicut vir contra dyabolicas nequicias. frena gulam et omnis carnis inclinationē facilius frenabis. Nunq̄ ſis ex toto ocioſus ſed aut legens aut ſcribens aut orans aut meditans. aut aliquid vtilitatis pro cōmuni laborans. Corpalia exercitia diſcrete ſunt agenda: nec omnib⁹ equaliter aſſumenda. Que cōmunia nō ſūt non ſunt foris oſtendenda. nā in ſecreto tutius exercent̄ priuata Cauendū tamē ne piger ſis ad cōmunia ⁊ ad ſingularia promptior. ſed expletis integre ⁊ fideliter debitis ⁊ iniūctis ſi iam vltra vacat. redde te tibi prout deuotio tua deſiderat. Non poſſūt omnes habere vnū exercitiū: ſed aliud iſti: aliud illi magis deſeruit. Etiā ꝓ tempoꝝ congruentia diuerſa placēt exercitia: q₂ alia in feſtis: alia in feriatis magis ſapiūt diebus. Alijs indigem⁹ tēpore temptationis: ⁊ alijs tpe pacis ⁊ quietis. Alia cū triſtamur libet cogitare. ⁊ alia cū leti in dn̄o fuerimus. Circa principalia feſta renouanda ſunt bona exercitia ⁊ ſctōꝝ ſuffragia feruenti⁹ implorãda. De feſto in feſtū ꝓponere debemus. quaſi tūc de hoc ſeculo migraturi ſimus ⁊ ad eternuꝫ feſtum peruenturi. Ideoq; ſollicite nos preparare debemus in deuotis temporibus ⁊ deuotius cōuerſari atq; omnem obſeruantiā ſtrictius cuſtodire. tanq̄ in breui p̄mium laboris nr̄i a deo ꝑcepturi. Et ſi dilatatū fuerit credamus nos minus bene p̄paratos atq; indignos tāte adhuc glorie. que reuelabit̄ in nobis tempe prefinito: ⁊ ſtudeamus nos melius ad exitum prepare. Btūs ſeruus ait euangeliſta Lucas: quē cum venerit domin⁹ inuenerit vigilantem. Amen dico vobis ſup omnia bona ſua conſtituet eum.

## De amore ſolitudinis ⁊ ſilentij. Capitulum. xx.

Vere aptum tempus vacandi tibi: ⁊ de beneficijs dei frequenter cogita Relinque cu

riosa. Tales plege materias q̄ compunctionē magis preſtant q̄ occupatōez. Si te ſubſtraxeris a ſupfluis locutōibus ꝛ ocioſis circūitionibus: necnō a nouitatibus ꝛ rumoribus audiendis: inuenies tp̄s ſufficiens ꝛ aptū ꝓ bonis meditatōnibus inſiſtendiſ Maximi ſanctoꝝ humana ꝯſortia vbi poterant vitabant. ꝛ deo in ſecreto viuere eligebant. Dixit quidā. Quotiēs inter homiēs fui minoꝛ homo rediȷ. Hoc quippe ſepꝰ experimur. quādo diu cōfabulamur. Facilius eſt oīno tacere q̄ verbo nō excedere. Facilꝰ eſt domi latere. q̄ foris ſe poſſe ſufficienter cuſtodire. Qui igitur intendit ad interioꝛa ꝛ ſpiritualia puenire: opoꝛtet eū cuȝ iheſu a turba declinare. Nemo ſecure apparet niſi qui libenter latet. Nemo ſecure p̄eeſt: niſi qui libenter ſubeſt Nemo ſecure p̄cipit: niſi qui libenter obedire didicit. Nemo ſecure gaudet: niſi qui bone conſcientie teſtimoniū habet Nemo ſecure loquit̄ niſi qui libēter tacet. Semper tamen ſanctoꝝ ſecuritas plena timoꝛis dei extitit. Nec eo minus ſolliciti ꝛ humiles in ſe fuerunt. quia magis virtutibus et gratia emicuerunt. Prauoꝝ aūt ſecuritas ex ſuperbia ꝛ p̄ſumptōne oꝛitur. ꝛ in fine in deceptionē ſui vertit̄. Nunq̄ ꝓmittas tibi ſecuritatē in hac vita. q̄uis bonus videaris cenobita. aut deuotus heremita. Sepe melioꝛes in eſtimatione hoīm grauiꝰ piclitati ſūt ꝓpter ſuā nimiā confidentiam. Unde multis vtilius eſt vt non penitus temptationibus careant. ſed ſepiꝰ impugnent̄. ne nimiū ſecuri ſint: ne foꝛte in ſuperbiā eleuent̄. ne etiam ad exterioꝛes conſolationes licentius declinent. O qui nunq̄ tranſitoꝛiā leticiā quereret. qui nunq̄ cū mundo ſe occuparet q̄ bonam ꝯſcientiā ſeruaret. O qui oēm vanam ſollicitudinem amputaret ꝛ dūtaxat ſalutaria ac diuina cogitaret ꝛ totaȝ ſpem ſuam in deo conſtitueret. q̄ magnā pacem ꝛ quietem poſſideret Nemo dignus eſt celeſti conſolatione niſi diligenter ſe exercuerit in ſancta cōpunctione. Si vis coꝛdetenus cōpungi intra cubile tuū ꝛ exclude tumultus mūdi. ſicut ſcriptū eſt in cubilibus veſtris cōpungimi. In cella inuenies quod deforis ſepius amitteſ Cella ꝯtinuata dulceſcit. ꝛ male cuſtodita tediuȝ generat. Si in principio ꝯuerſionis tue bene eam incolueris ꝛ cuſtodieris. erit tibi poſtea dilecta amica ꝛ gratiſſimū ſolatiū. In ſilentio ꝛ quiete ꝓficit anima deuota. ꝛ diſcit abſcōdita ſcripturarū. ibi inuenit

fluenta lachrimaꝝ q̄bus ſinglis noctib⁹ ſe lauet ⁊ mūdet vt con-
ditori ſuo tāto familiarior fiat q̄to longius ab oī ſeculari tumultu
degit. Qui ḡ ſe abſtrahit a noſ ⁊ amicis. appropinquabit illi de
us cū angel' ſctis. Meli⁹ ē latere ⁊ ſui curā agere q̄ ſe neglecto ſi
gna facere. Laudabile ē hoī religioſo raro foras ire. fugere vide-
ri. nolle etiā homīes videre. Quid vis videre qd̄ nō licet habere.
Trāſit mūd⁹ ⁊ ꝯcupiſcētia ei⁹. Trahūt deſideria ſenſualitatis ad
ſpaciādū. ſ cū hora tranſierit. q̄d niſi grauitatē ꝯſciētie ⁊ cordis
diſpſionē importat. Letus exit⁹ triſtē ſepe reditū parit. ⁊ leta vigi
lia ſerotina triſte mane fac̄. Sic oē carnale gaudiū blāde intrat ſ
in fine mordet ⁊ pimit. Quid potes alibi videre qd̄ h̄ nō vides.
Ecce celū ⁊ terrā ⁊ oīa elemēta. Nā ex iſtis oīa ſunt facta. Quid
potes alicubi videre qd̄ diu p̄t ſub ſole pmanere. Credis te forſi
tan ſaciari: ſ nō poteris ptingere. Si cūcta videres pn̄tia q̄d eēt
niſi viſio vana. Leua ocl'os tuos ad deū in excelſis. ⁊ ora ꝓ pctīs
tuis ⁊ negligētijs. Dimitte vana vanis. tu aūt intēde ill' q̄ tibi pce
pit de⁹. Claude ſup te oſtiū tuū. ⁊ voca ad te ih̄m dilectū tuum.
Mane cū eo in cella: q2 nō iuenies alibi tātā pacē. Si nō exiſſes
nec q̄cq̄ de rumoribus audiſſes meli⁹ in bona pace pmanſiſſes.
Ex quo noua delectat aliq̄n audire: oportet te exinde turbationē
cordis tolerare. —

## De compūctione cordis. Capitulum. xx.

SI vis aliq̄d ꝓficere conſerua
te in timore dei. ⁊ noli eē nimis liber. ſ ſub diſciplina
cohibe oēs ſēſus tuos. nec iepte te trada s leticie. Da
te ad cordis cōpūctōe3: ⁊ iuenies deuotōe3. Cōpunctio m̄lta bo
na apit. q̄ diſſolutio cito pdere ꝯſueuit. Mirū ē q̄ hō poſſit vnq̄
pfecte letari i hac vita. q̄ ſuū exiliū ⁊ tā m̄lta picula aīe ſue ꝯſide
rat ⁊ penſat. Propt̄ leuitatē cordis ⁊ negligētiā defectuū nr̄oꝝ
nō ſentim⁹ aīe nr̄e dolores. ſ ſepe vane ridem⁹ q̄n merito flere de-
beremus. Nō ē vera lib̄tas nec bona leticia niſi in timore dei cu3
bona ꝯſcientia. Felix q̄ abijcere p̄t oē impedimentū diſtractōis.
⁊ ad vnionē ſe redigere ſctē cōpūctōis. Felix q̄ a ſe abdicat quic

quid ꝯſcientiā ſuā maculare poteſt vel grauare. Certa viriliť. cōſuetudo ꝯſuetudine vinciť. Si tu ſcis hoïes dimittere ipi bene te dimittēt tua facta facere. Nō attrahas tibi res alioꝝ. nec te implices cauſis maioꝝ. Habe ſp̄ oculū ſup te p̄rimuꝫ. ⁊ admoneas teip̄m ſpecialiť p̄ oīb⁹ tibi dilectis. Si nō habes fauoꝛē hoïꝫ noli ex h̄ triſtari: ſ; hoc ſit tibi graue. q꞉ nō habes te ſatis bene ⁊ circūſpecte: ſicut deceret dei ſeruū ⁊ deuotū religioſuꝫ ꝯuerſari. Utilius ē ſepe ⁊ ſecuri⁹ ꝙ hō nō habet mltas cōſolatōnes in hac vita ſm carnē p̄cipue. tū ꝙ diuinas nō habemus aut rarius ſentimuſ nos i culpa ſum⁹ q꞉ cōpunctionē coꝛdis nō querimus. nec vanaſ ⁊ exteмas cōſolationes omīno abijcimus. Cognoſce te īdignū diuina cōſolatione. ſ; magis dignū multa tribulatōe. Qn̄ homo p̄fecte eſt cōpunctus. tūc grauis ⁊ amarus eſt ei totus mundus Bonus homo ſufficientē inuenit materiā dolendi ⁊ flendi. Siue eñ ſe cōſiderat ſiue de p̄ximo penſat ſcit q꞉ nemo ſine tribulatōe hic viuit. Et q̄nto ſtrictius ſe ꝯſiderat. tanto amplius dolet. Materie iuſti doloꝛis ⁊ interne cōpūctōnis ſunt peccata et vicia noſtra quibus ita inuoluti iacemus vt raro celeſtia contemplari valeamus. Si frequentius de moꝛte tua q̄ de longitudine vite tue cogitares: nō dubium quin feruentius te emendares. Si etiā futuras inferni ſiue purgatoꝛij penas coꝛdialiter p̄penderes credo ꝙ libenter laboꝛem et doloꝛem ſuſtineres. ⁊ nihil rigoꝛis formidares. Sed quia ad coꝛ iſta non tranſeūt ⁊ blandimenta adhuc amamus ideo frigidi ⁊ valde pigri remanemus. Sepe eſt inopia ſpiritus vnde tam leuiter conqueritur miſerum coꝛpus. Oꝛa igitur humiliter ad dominū. vt det tibi cōpunctionis ſpiritum. ⁊ dic cum p̄pheta. Ciba me domine pane lachꝛymaꝝ. ⁊ potū da mihi in lachꝛymis in menſura.

## De conſideratōne humane miſerie. Capitulum. xxij.

Miſer es vbicūqꝫ fueriſ et quocūqꝫ te verteris. niſi ad deū te ꝯuertas. Quid turbaris q꞉ nō ſuccedit tibi ſicut vis ⁊ deſideras. Quis eſt qui habet oīa ſm ſuā volūtatē. nec ego nec tu: nec aliqs hominū

ſuper terram. Nemo eſt in mundo ſine aliq̄ tribulatōne vel angu
ſtia. q̄uis rex ſit vł papa. q̄s eſt qui meliꝰ habet. vtiq̄ꝫ q̄ ꝓ deo ali
q̄d pati valet. Dicūt multi ībecilles ⁊ infirmi. Ecce q̄ȝ bonā vitā
ille hō hʒ. q̄ȝ diues. q̄ȝ potēs. q̄ȝ excelſus. q̄ȝ magnus et q̄ȝ pulcer.
Sed attēde ad celeſtia bona ⁊ videbis q̄ȝ oīa iſta tꝑalia nulla
ſunt. ſꝫ valde incerta ⁊ magꝭ grauātia. q̄ȝ nunq̄ȝ ſine ſollicitudine ⁊
timore poſſident̄. nō eſt hoīs felicitas hr̄e tꝑalia ad abundātiaȝ
ſꝫ ſufficit ei mediocritas. Uere miſeria ē viuere ſuꝑ terrā. Quāto
hō voluerit eē ſpūalior: tanto pn̄s vita fit ei amarior. q̄ȝ ſentit me
liꝰ: ⁊ videt clariꝰ hūane corruptōis defectꝰ. Nā comedere bibere
vigilare dormire q̄eſcere laborare. ⁊ ceteris neceſſitatibꝰ nature
ſubiacere vere magna miſeria eſt ⁊ afflictio hoī deuoto qui libent̄
eēt abſolutꝰ ⁊ liber ab oī pctō. Ualde eñ grauat̄ interior hō neceſ
ſitatibꝰ corꝑalibꝰ i hꝫ mūdo. Unñ ꝓpheta deuote rogat q̄tenꝰ liber
ab iſtis eſſe valeat dicēs. De neceſſitatibꝰ meis erue me dn̄e. Sʒ
ve nō cognoſcētibꝰ ſuā miſeriā. ⁊ ampliꝰ ve illis q̄ diligūt hāc miſeri
aʒ ⁊ corruptibilē vitā. Nā intantū q̄dā hāc āplectunt̄. licet etiā
vix neceſſaria laborādo aut mēdicādo habeāt. vt ſi hꝫ poſſent ſꝑ
viuere de regno dei nihil curarēt. O inſani ⁊ infideles corde. qui
tā ꝓfūde i terris iacēt vt nil niſi carnalia ſapiāt. Sʒ miſeri adhuc
i fine grauit̄ ſentiēt q̄ȝ vile ⁊ nihilū erat q̄d amauerit. Scti aūt dī
⁊ oēs deuoti amici xp̄i nō attēderūt q̄ carni placuerit. nec q̄ in hꝫ
tꝑe floruerit. ſꝫ tota ſpes eoꝝ ⁊ intētio ad eťna bona anhelabat fe
rebat̄ totū deſideriū eoꝝ ad māſura ⁊ inuiſibilia. ne amore viſibi-
liū traherēt̄ ad īfima. Noli frat̄ amittere ꝯfidētiā ꝓficiēdi ad ſpū
alia. adhuc habes tp̄s ⁊ horā. Quare vis ꝓcraſtinare ꝓpoſitum
tuū. Surge ⁊ in inſtāti icipe ⁊ dic. Nūc tp̄s ē faciēdi. nūc tp̄s eſt
pugnādi. nūc tp̄s aptū eſt emēdādi. Qñ male habes ⁊ tribularis
tūc tp̄s eſt ꝓmerēdi. Oꝑtet te trāſire ꝑ ignē ⁊ aquā anteq̄ȝ veni-
as in refrigeriū. Niſi tibi vim feceris viciū nō ſuꝑabis. Quādiu
iſtud fragile corpꝰ gerimꝰ ſine pctō eſſe nō poſſumus: nec ſine te-
dio ⁊ dolore viuere. Libent̄ haberemꝰ ab oī miſeria quietē. ſꝫ q̄ȝ ꝑ
pctm̄ ꝑdidimꝰ innocētiā. amiſimꝰ etiā verā btitudinē. Ideo opor
tet nos tenere paciētiā ⁊ dei expectare miſericordiā donec tranſ
eat iniq̄tas hec. ⁊ mortalitas abſorbeat̄ a vita. O quāta fragili-
tas. humana que ſemꝑ prona eſt ad vicia. Hodie confiteris pec-

cata tua: ⁊ cras iterū ꝑpetras ꝯfeſſa. Nūc ꝓponis cauere. ⁊ pꝰ horā agis q̄ꝰ nihil ꝓpoſuiſſes. Merito ḡ nos ipos humiliare poſſumꝰ: nec vnq̄ aliq̄d magni de nobis ſentire. q2 tā fragiles ⁊ iſtabiles ſumus. Cito etiā p̄t ꝑdi ꝑ negligentiā q̄d multo labore vix tandē acquiſitū ē ꝑ grā3. Quid fiet de nobis adhuc in fine q̄ tepeſcimꝰ tā mane. Ve nobis ſi ſic volumꝰ declinare ad q̄etē q̄ſi ia3 pax ſit ⁊ ſecuritas: cū necdū appareat veſtigiū vere ſcītatis i noſtra ꝯuerſatōne. Bn̄ opus eſſet q̄ adhuc iterū inſtitueremur tanq̄ boni nouicij ad mores optimos ſi forte ſpes eſſet de aliq̄ futura emēdatione ⁊ maiori ſp̄ūali ꝓfectu.

De meditatione mortis Capitulū. xxiij.

ſcipiēda et dixi. Beatus eſt quē tu erudieris dn̄e ⁊ de lege tua docueris eū. vt mitiges ei a diebus malis ⁊ nō deſolet̄ in terra. Ego inquit dn̄s docui ꝓphetas ab initio. ⁊ vſqꝫ nunc non ceſſo oībus loqui. ſed multi ad vocem meā ſurdi ſunt ⁊ duri. Plures mundū libentius audiūt q̄ deū. facilius ſequunt̄ carnis ſue appetitū q̄ dei beneplacitū. Promittit mundus tꝑalia ⁊ parua: et ſeruit̄ ei auiditate magna. Ego ꝓmitto ſumma ⁊ eterna ⁊ torpeſcunt mortaliū corda. Quis tanta cura mihi in omnibus ſeruit. ⁊ obedit ſicut mundo ⁊ dn̄is eius ſeruit̄. Erubeſce ſydon ait mare. Et ſi cauſam queris. audi quare. Pro modica prebenda lōga via currit̄. ⁊ ꝓ eterna vita vix a multis pes ſemel a terra leuatur. Uile precium queritur. ꝓ vno nummiſmate interdū turpiter litigatur: ⁊ pro vana re et parua ꝓmiſſione die noctuqꝫ fatigari nō timet̄. Sed ꝓh dolor pro bono incōmutabili. pro premio inueſtigabili. pro ſummo honore ⁊ gloria interminabili vel ad modicū fatigari pigritat̄. Erubeſce ergo ſerue piger ⁊ queruloſe q̄ illi paratiores inueniunt̄ ad perditionem q̄ tu ad vitam. Gaudent illi amplius ad vanitatem q̄ tu ad veritatem Equidem a ſpe ſua nō nunq̄ fruſtrantur. ſed ꝓmiſſio mea neminē fallit. nec ↄfidentē mihi dimittit inanē. Qd̄ ꝓmiſi dabo. qd̄ dixi iplebo. ſi tn̄ vſqꝫ i finē fidelis in dilectōe mea q̄s ꝑmāſerit. Ego remunerator ſū oīm bonoꝝ: ⁊ fort̄ ꝓbator oīm deuotoꝝ. Scribe v̄ba mea i corde tuo ⁊ ptracta diligent̄. erūt em̄ in tpe tēptatōis valde neceſſaria. Qd̄ nō intelligis cū legis cognoſces in die viſitatōnis. Dupliciter ſoleo electos meos viſitare. tēptatōe ſcꝫ ⁊ cōſolatōne. Et duas lectōes eis quotidie lego. vnā icrepādo eoꝝ vicia. alterā exhortando ad v̄tutū incrementa. Qui hꝫ v̄ba mea ⁊ ſpernit ea habet q̄ iudicet eum in nouiſſimo die.

Oratio ad implorandū deuotōis gratiā. Capitulū. iiij.

Domine deus meus oīa bona mea tu es. Et quis ego ſum vt audeam ad te loqui. Ego ſū pauperrimus ſeruulus tuus ⁊ abiect⁹ v̄miculꝰ, mlto paupior ⁊ ↄtēptibilior. q̄ ſcio ⁊ dicere audeo. Memēto

tamen domine quia nihil ſum: nihil habeo: nihilq; valeo. Tu ſolus bonus iuſtus ⁊ ſctũs. tu om̄ia potes. om̄ia p̄ſtas. oīa imples ſolũ pctōrem inanē relinquēs. Reminiſcere miſerationũ tuarum dñe. ⁊ imple cor meũ grã tua qui nō vis vacua eē opa tua. Quō poſſum me tolerare in hac miſera vita niſi me confortauerit miſericordia ⁊ grã tua. Noli auertere faciē tuã a me. noli viſitatōnē tuã ꝓlongare. noli ꝯſolationē tuã abſtrahere. ne fiat aīa mea ſic terra ſine aqua tibi. Dñe doce me facere volũtatē tuam. doce me coram te digne ⁊ humiliter ꝯuerſari. qꝛ ſapiētia mea tu es. qui in veritate me cognoſcis. ⁊ cognouiſti anteq̄ fieret mundus. ⁊ anteq̄ natus eſſem in mundo.

## Qđ in veritate ⁊ hũilitate corã deo ꝯuerſandũ eſt. Ca. v.

Fili ambula coram me in veritate. ⁊ in ſimplicitate cordis tui quere me ſp. Qui ambulat corã me in veritate tutabit̄ ab incurſibꝰ malis. ⁊ veritas liberabit eũ a ſeductoribus ⁊ a detractōibus iniquoꝝ. Si veritas te libauerit vere liber eris ⁊ nō curabis de vanis hominũ verbis. Dñe verũ eſt ſicut dicis. ita queſo mecũ fiat. Veritas tua me doceat: ipſa me cuſtodiat. ⁊ vſq; ad ſalutarē finē me conducat. Ipa me liberet ab oī affectione mala ⁊ inordinata dilectione ⁊ ambulabo tecũ in magna cordis libertate. Ego te docebo ait veritas que recta ſũt ⁊ placita corã me. Cogita peccata tua cũ diſplicentia magna ⁊ merore. ⁊ nunq̄ reputes te aliquid eſſe ꝓpter opa bona. Reuera pctōr es ⁊ multis paſſionibus obnoxius ⁊ implicatꝰ. Ex te ſp ad nihil tendis ⁊ cito laberis. cito vinceris· cito turbaris. cito diſſolueris. Nō habes quicq̄ vnde poſſis gloriari. ſ; mlta vñ te debes vilificare. qꝛ mlto infirmior es q̄ vales cōprehēdere. Nihil ḡ magnũ tibi videat̄ ex oībus que agis. nihil grãde. nihil p̄cioſũ ⁊ admirabile. nihil reputatōe appareat dignũ. nihil altũ. nihil vere laudabile ⁊ deſiderabile niſi qđ eternũ eſt. placeat tibi ſup oīa eterna veritas. diſpliceat tibi ſup oīa vilitas maxima tua. Nihil ſic timeas. nihil ſic vitupes ⁊ fugias ſicut vicia et pctã tua que magis diſplicere debent q̄ quelibet rerũ

damna. Quidā nō ſincere coram me ambulant. ſed quadā curioſitate ⁊ arrogantia ducti volūt ſecreta mea ſcire ⁊ alta dei intelligere. ſe⁊ ſuā ſalutē negligentes. Hi ſepe in magnas temptatōes ⁊ pctā ꝑpter ſuā ſupbiā ⁊ curioſitatē me eis aduerſante labunt. Time iudicia dei expaueſce irā omnipotentis. noli aūt diſcutere opa altiſſimi. ſ; tuas iniquitates pſcrutare. in q̄tis deliquiſti ⁊ q̄ multa bona negleriſti. Quidā ſolū portāt ſuā deuotōeꝫ in libris ⁊ quidā in imaginibus. quidaꝫ aūt in ſignis exteriorib⁹ ⁊ figuris quidam habēt me in ore ſ; modicū in corde. Sūt ⁊ alij qui intellectu illuminati ⁊ affectu purgati. ad eterna ſemp anhelant. de terrenis grauiter audiūt. neceſſitatibus nature dolent inſeruiunt. ⁊ hi ſentiunt q̄d veritatis ſpūs loquit in eis. qui docet eos terrena deſpicere ⁊ amare celeſtia. mundum negligere. ⁊ celum tota die ac nocte deſiderare.

## De mirabili effectu diuini amoris. Capitulum. vi.

BEnedico te pater celeſtis pater dn̄i mei iheſu chriſti. q̄ mei paupis dignatus es recordari. O pater miſcōiarū ⁊ de⁹ toti⁹ ꝯſolatōis. gratias ago tibi q̄ me indignū oī ꝯſolatōe q̄nq; tua recreas ꝯſolatione. Benedico te ſemper ⁊ glorifico cum vnigenito filio tuo ⁊ ſpiritu ſancto paraclito in ſecula ſeculorum. Eya domine deus amator ſancte meus. cum tu veneris in cor meum exultabunt omnia interiora mea. Tu es gloria mea et exultatio cordis mei. tu ſpes mea ⁊ refugiū meū in die tribulatōis mee. Sed quia adhuc debilis ſum in amore ⁊ impfectus in virtute. ideo neceſſe habeo a te confortari ⁊ conſolari. propterea viſita me ſepius ⁊ inſtrue diſciplinis ſanctis. Libera me a paſſionibus malis ⁊ ſana cor meum ab omnibus affectionibus inordinatis ⁊ vicijs: vt intus ſanat⁹ ⁊ bene purgatus aptus efficiar ad amandū. fortis ad paciendū ſtabilis ad pſeuerandū. Magna res eſt amor. magnū oīno bonū quod ſolum leue facit omne oneroſum. ⁊ fert equaliter omne inequale. Nam onus ſine onere portat. ⁊ omne amarū dulce ac ſapidum efficit. Amor iheſu nobilis ad magna operanda impellit. et

ad deſideranda ſemꝑ perfectiora excitat. Amor vult eſſe ſurſum
nec vllis infimis rebus retineri. Amor vult eſſe liber ⁊ ab omni
mundana affectione alienus: ne internus eius impediat̃ aſpect⁹
ne per aliquod cõmodum temporale implicationes ſuſtineat aut
per incõmodum ſuccumbat. Nihil dulcius eſt amore: nihil forti-
us. nihil altius. nihil latius. nihil iocundius. nihil plenius. nihil
melius in celo et in terra. quia amor a deo natus eſt. nec poteſt ni
ſi in deo ſuper omnia creata requieſcere. Amans volat currit. le-
tatur. liber eſt et non tenet̃. dat omnia pro omnibus: ⁊ habet oĩa
in omnibus. quia in vno ſũmo bono ſuper omnia quieſcit. ex quo
omne bonũ fluit et procedit. Non reſpicit ad dona ſed ad donã
tez ſe ꝯuertit ſuꝑ omnia bona. Amor modũ ſꝑ neſcit. ſed ſuꝑ om
nem modum ferueſcit. Amor onus non ſentit. labores non repu
tat. plus affectat ꝙ valet. de impoſſibilitate non cauſat̃. quia cũ-
cta ſibi poſſe ⁊ licere arbitrat̃. Valet igitur ad omnia. ⁊ multa im
plet et effectui mancipat. vbi nõ amans deficit et iacet. Amor vi
gilat. ⁊ dormiens non dormitat. Fatigatus nõ laſſat̃. artatus nõ
artatur: territus non conturbatur. ſed ſicut viuax flãma ⁊ ardenſ
facula ſurſum erumpit. ſecureqꝫ pertranſit. Si quis amat nouit
quid hec vox clamet. Magnus clamor in auribus dei eſt. ip̄e ar-
dens affectus anime que dicit. Deus me⁹. amor meus: tu totus
meus et ego tuus. Dilata me in amore vt diſcam interiora cor-
dis ore deguſtare ꝙ ſuaue ſit amare. ⁊ in amore liquefieri ⁊ nata
re. Tenear amore vadens ſupra me pre nimio feruore ⁊ ſtupore.
Cantem amoris canticum. ſequar te dilectum meum in altum.
deficiat in laude tua anima mea. anima mea iubilans ex amore.
Amem te plus ꝙ me. nec me niſi propter te. ⁊ omnes in te qui ve
re amant te. ſicut iubet lex amoris lucens ex te. Eſt amor velox:
ſincerus: pius: iocundus: et amenus: fortis: paciens: fidelis:
prudens: longanimis: virilis: et ſeipſum nunquaꝫ querens. Vbi
enim ſeipſum aliquis querit: ibi ab amore cadit. Eſt amor cir-
cumſpectus. humilis et rectus non mollis. non. leuis nec va-
nis intendens rebus ſobrius. caſtus. ſtabilis. quietus. et in
cunctis ſenſibus cuſtoditus. Eſt amor ſubiectus et obediens
prelatis. ſibi vilis et deſpectus. deo deuotus et gratificus.
confidens et ſemper ſperans in eo. etiam cum ſibi nõ ſapit deus

quia ſine dolore nõ viuit in amore. Qui non eſt paratus omnia
pati ⁊ ad voluntatẽ ſtare dilecti nõ eſt dignus amator appellari
Oportet amantẽ omnia dura ⁊ amara ꝓpter dilectũ libent am⸗
plecti. nec ob cõtraria accidentia ab eo deflecti.

De probatione veri amatoris. Capitulum .vij.

FIli nõ es adhuc fortis et pru
dens amator. Quare dñe. Quia ꝓpter modicam cõ
trarietatẽ deficis a ceptis. ⁊ nimis auide conſolatio⸗
nem queris. Fortis amator ſtat in temptatõibus nec callidis cre
dit ꝑſuaſionibus inimici. ſicut in ꝓſperis ei placeo. ita nec in ad
uerſis diſpliceo. Prudens amator nõ tam donũ amantis cõſide
rat ꝙ dantis amorem. Affectũ potius attẽdit ꝙ cenſum. ⁊ infra
dilectũ omnia data ponit. Nobilis amator nõ quieſcit in dono.
ſed in me ſuꝑ omne donũ. Non eſt ideo totũ ꝑditum ſi qñqꝫ min⁹
bene de me vel de ſanctis meis ſentis ꝙ velles. Affectus ille bo
nus dulcis quẽ interdũ percipis. Affectus gratie preſentis eſt ⁊
quidam preguſtus patrie celeſtis. ſuꝑ quo nõ nimiũ innitendum
quia vadit ⁊ venit. Certare aũt aduerſus incidentes malos ani⸗
mi motus ſuggeſtionemqꝫ ſpernere dyaboli inſigne eſt ꝟtutis et
magni meriti. Non ergo te cõturbent aliene fantaſie de quacũqꝫ
materia ingeſte. Forte ſerua ꝓpoſitũ ⁊ intentionẽ rectam ad de
um. Nec eſt illuſio ꝗ aliqñ in exceſſum ſubito raperis ⁊ ſtatiꝫ ad
ineptias ſolitas cordis reuerteris. Illas eñi inuite magis pate⸗
ris ꝙ agis. ⁊ ꝙdiu diſplicent ⁊ renĩteris meritũ eſt ⁊ nõ perditio
Scito ꝗ antiquus inimicus om̄ino nitit̃ impedire deſideriũ tuũ
in bono ⁊ ab omni deuoto exercitio euacuare. a ſctõꝝ ſciliꝫ cul⸗
tu. a pia paſſionis mee memoria. a pctõꝝ vtili recordatõe a ꝓprij
cordis cuſtodia. ⁊ a firmo ꝓpoſito ꝓficiendi in virtute. Multaſ
malas cogitatões ingerit vt tediũ tibi faciat ⁊ horrorem vt ab
orõne reuocet ⁊ ſacra lectione. Diſplicet ſibi humilis confeſſio ⁊
ſi poſſet a cõmunione ceſſare faceret. Non credas ei neqꝫ cures il
luꝫ. licet ſepius tibi deceptõis tetenderit laqueos. Sibi imputa
cum mala ingerit et imunda. dicito illi. Uade immunde ſpiritus

erubeſce miſer. valde imūdus es tu qui talia infers aurib⁹ meis
Diſcede a me ſeductor peſſime. nō habebis in me ptē vllam. ſed
ihesus mecū erit tanq̄ bellator fortis. ⁊ tu ſtabis confuſus. Ma
lo potius mori ⁊ omēm penā ſubire q̄ tibi ꝯſentire. Tace et ob-
muteſce. nō audiam te amplius. licet mihi plures moliris mole-
ſtias. Dn̄s illuminatio mea ⁊ ſalus mea. quē timebo. Dn̄s prote
ctor vite mee: a quo trepidabo. Si conſiſtant aduerſū me caſtra
nō timebit cor meū. Dn̄s adiutor meus ⁊ redemptor meus. Cer
ta tanq̄ miles bonus. ⁊ ſi interduꝫ ex fragilitate corruis reſume
vires fortiores prioribus: ꝯfidens de ampliori gratia mea: ⁊ mlͭ
tū p̄caue a vana complacentia ⁊ ſupbia. ꝓpter hoc multi in erro
rem ducunt̄ ⁊ in cecitatē pene incurabilē q̄n̄ꝫ labunt̄. Sit tibi i
cautelam ⁊ perpetuā humilitatem ruina hec ſupboꝝ de ſe ſtulte
preſumentium.

## De occultanda grā ſub humilitatis cuſtodia. Capitulū. viij.

Fili vtilius eſt tibi et ſecurius
deuotōis grām abſcōdere nec in altum te efferre. nec
multū inde loqui: neꝫ multū ponderare: ſed magis te
metipm deſpicere ⁊ tanq̄ indigno datā timere. Nō eſt huic affe-
ctioni tenacius inherendū que citius poteſt mutari in contrariū
Cogita in grā q̄ miſer ⁊ inops eſſe ſoles ſine gratia Nec eſt in eo
tm̄ ſpiritualis vite ꝓfectus cū conſolationis habueris gratiaꝫ. ſ
cū humilter ⁊ abnegate pacienterꝫ tuleris eius ſubtractionem
ita q̄ tunc ab orōnis ſtudio non torpeas. nec reliqua opa tua ex
vſu facienda oīno dilabi pmittas. ſed ſicut melius potueris ⁊ in
tellexeris. libenter quod in te eſt facias. nec ꝓpter ariditateꝫ ſeu
anxietatē mentis quā ſentis te totaliter negligas. Multi em̄ ſūt
qui cū non bene eis ſucceſſerit ſtatim impacientes fiunt aut deſi
des. Non em̄ ſp eſt in poteſtate hoīs via eius. ſed dei eſt dare et
conſolari qn̄ vult ⁊ q̄tum vult ⁊ cui vult. ſicut ſibi placuerit ⁊ nō
ampli⁹. Quidā incauti ꝓpter deuotōis grāꝫ ſeipſos deſtruxerūt.
quia plus agere voluerūt q̄ potuerūt. nō penſantes ſue paruita
tis menſuram. ſ magis cordis affectū ſequentes q̄ rationis iudi
cium. Et quia maiora preſumpſerunt q̄ deo placituꝫ fuit idcirco

gratiā cito ꝑdiderūt. Facti ſunt inopes ⁊ viles relicti: qui in celū
poſuerūt nidū ſibi. ut hūiliati ⁊ depaupati diſcant nō in alis ſu-
is volare ſ; ſub pennis meis ſperare. Qui adhuc noui ſūt ⁊ impi
ti in via dñi niſi ꝯſilio diſcretoꝝ ſe regant. facilius decipi poſſūt
⁊ elidi. Qđ ſi ſuū ſentire magis ſequi ꝙ alijs exercitatis credere
volūt erit eis ꝑiculoſus exitus. ſi tñ retrahi a ꝓprio ꝯceptu non
valuerīt. Raro ſibijpis ſapiētes ab alijs regi hūilr paciūt̄. Meli⁹ ē
modicū ſape cū humilitate ⁊ parua intelligentia. ꝙ magni ſcien-
tiaꝝ theſauri cū vana cōplacentia. Melius eſt tibi min⁹ habere
ꝙ multū vñ poſſes ſupbire. Nō ſatis diſcrete ait q̄ ſe totū leticie
tradit: obliuiſcēs priſtine inopie ſue: ⁊ caſti timoris dñi. q̄ timet
grāz oblatā amittere. Non etiā ſatis virtuoſe ſapit qui tempore
aduerſitatis ⁊ cuiuſq; grauitat̄ nimis deſperate ſe gerit. ⁊ min⁹
fidenter de me ꝙ oportet recogitat ac ſentit. Qui tpe pac̄ nimis
ſecurus eſſe voluerit ſepe tpe belli nimis deiectus ⁊ formidolo-
ſus reperiet̄. Si ſcires ſꝑ humilis ⁊ modic⁹ in te ꝑmanere. nec nō
ſpm̄ tuū bene moderare ac regere nō incideres tā cito in ꝑiculuz
⁊ offenſam. Conſilium bonuz eſt vt feruoris ſpū ꝯcepto medite
ris q̄d futurū ſit abſcedēte lumine. Quod dū contigerit recogita
⁊ denuo lucē poſſe reuerti. quā ad cautelā tibi. mihi aūt ad glīaz
ad tp̄s ſubtrari. Utilior eſt em̄ ſepe talis ꝓbatio ꝙ ſi ſemꝑ ꝓſpe-
ra ꝓ tua haberes voluntate. Nam merita nō ſūt ex h̄ eſtimanda
ſi quis plures viſiones aut cōſolatōnes habeat. vel ſi ꝑitus ſit ī
ſcripturis: aut in altiori ponat̄ gradu. ſed ſi vera fuerit humilita-
te fundatus ⁊ diuina charitate repletus: ſi dei honorē pure ⁊ in
tegre ſemꝑ querat. ſi ſeipm̄ nihil reputet. ⁊ in veritate deſpiciat.
atq; ab alijs etiā deſpici ⁊ humiliari magis gaudeat ꝙ honorari

## De vili eſtimatione ſuiipius in oculis dei. Capitulū. ix.

Loquor ad dñm meuz cum ſim
puluis ⁊ cinis. Si me amplius reputauero: ecce tu
ſtas cōtra me. ⁊ dicūt teſtimonium verū iniquitates
mee. nec poſſum contradicere. Si aūt me vilificauero ⁊ ad nihi-
lū redigero: ⁊ ab omī ꝓpria reputatōe defecero atq; ſicut ſū pul

uerificauero. erit mihi ꝓpicia gratia tua et vicina cordi meo lux tua. ⁊ omnis eſtimatio quantulacunq; minima in valle nihileitatis mee ſubmerget ⁊ pibit ineternū. Ibi oſtēdes me mihi quid ſum. quid fui ⁊ de quo veni. quia nihil et neſciui. Si mihi ipſi relinquor ecce nihil ⁊ tota infirmitas. Si aūt ſubito me reſpexeris ſtatiz fortis efficior ⁊ nouo repleor gaudio. Et mirum valde q ſic repente ſubleuor. ⁊ tam benigne a te complector: qui ꝓprio pondere ſemꝑ ad ima feror. Facit hoc amor tuus gratis ꝑueniens me. ⁊ ī tam multis ſubueniens neceſſitatibus: a grauibus quoq; cuſtodiens me periculis. ⁊ ab innumeris. vt vere dicam eripiens mal'. Me ſiquidem male amando me perdidi. et te ſolum querendo ⁊ pure amando me et te pariter inueni. atq; ex amore profundius ad nihilū me redegi. Quia tu o dulciſſime facꝭ mecū ſupra meritū omne: ⁊ ſupra id quod audeo ſperare vel rogare. Benedictuſ ſis deus meus quia licet ego omnibus bonis ſim indignus. tua tñ nobilitas ⁊ infinita bonitas nunq̄ ceſſat benefacere etiaz ingratis ⁊ longe a te auerſis. Conuerte nos ad te vt ſimus grati humiles et deuoti. q: ſalus noſtra tu es. virtus ⁊ fortitudo noſtra.

Q̄d oīa ad deū ſicut ad finē vltimū ſūt referēda. Ca. x.

Fili ego debeo eſſe finis tuus ſupremus et vltimatus ſi vere deſideras eſſe beatus. Ex hac intentione purificabitur affectus tuus ſepius ad ſeipſum et ad creaturas male incuruatus. Nā ſi teipm ī aliquo queris ſtatim in te deficis ⁊ areſcis. Omia ergo ad me principaliter referas. quia ego ſū qui omnia dedi. Sic ſingula cōſidera ſicut ex ſūmo bono manantia: et ideo ad me tanq̄ ad ſuā originem cuncta ſunt reducenda. Ex me puſillus et magnus pauper et diues tanq̄ ex fonte viuo aquam hauriunt viuam. et qui mihi ſponte et libere deſeruiunt gratiam pro gratia accipient. Qui autem extra me voluerit gloriari vel in aliquo priuato bono delectari non ſtabilietur in vero gaudio: neque in corde ſuo dilatabitur. ſed multipliciter impedietur ⁊ anguſtia-

bit̄. Nihil ergo tibi de bono aſcribere debes. nec alicui hoī ꝯtutē
attribuas. ſed totū da deo ſine quo nihil habet homo. Ego totū
dedi: ego totū rehabere volo ⁊ cū magna diſtrictōne grarū̄ actio
nes requiro. Hec eſt veritas q̄ fugat̄ glīe vanitas. Et ſi intraue-
rit celeſtis grā ⁊ vera charitas nō erit aliq̄ inuidia nec cōtractio
cordis: neq̄ priuatus amor occupabit. Uicit em̄ oīa diuina cha
ritas: ⁊ dilatat omēs aīe vires. Si recte ſapis in me ſolo gaude-
bis: in me ſolo ſperabis. q2 nemo bonus niſi ſolus deus q̄ eſt ſu-
per omnia laudandus ⁊ in omnibus bn̄dicendus.

## Q̄d ſpreto mundo dulce eſt ſeruire deo. Capitulū. xi.

Nunc iterū loquor dn̄e et non
ſilebo. dicā ī aurib⁹ dei mei dn̄i mei ⁊ regꝫ mei q̄ ē ī ex
celſo. O q̄ magna mltitudo dulcedinis tue dn̄e quā
abſcondiſti timentibus te. Sed q̄d es amantib⁹ q̄d toto corde ti
bi ſeruientib⁹. Uere ineffabilis dulcedo ꝯtēplatōis tue quā lar-
giris amātibus te. In h̄ maxime oſtēdiſti dulcedinē charitatis
tue. q2 cū nō eſſē feciſti me. ⁊ cū errarē longe a te reduxiſti me. vt
ſeruirē tibi: ⁊ p̄cepiſti vt diligā te. O fōs amoris ꝑpetui q̄d dicā
de te. quō potero tui obliuiſci: q̄ mei dignatus es recordari Etiā
poſtq̄ ꝯtabui ⁊ perij feciſti vltra oēs ſpem miſcd̄iā cū ſuo tuo.
⁊ vltra oīm̄e meritū grāz ⁊ amiciciā exhibuiſti. Quid retribuam
tibi ꝓ grā iſta. Non em̄ oībus datū eſt vt oībus abdicatis ſeclo
renūcient ⁊ monaſticā vitā aſſumāt. Nunq̄d magnum eſt vt tibi
ſeruiā cui oīs creatura ſeruire tenet̄. Nō magnū mihi videri de-
bet ſeruire tibi: ſꝫ poti⁹ h̄ mihi magnū ⁊ admirandū apparet q̄ tā
pauperē ⁊ indignū dignaris in ſeruū recipe: ⁊ dilect̄ ſeruis tuis
adunare. Ecce oīa tua ſūt q̄ habeo ⁊ vn̄ tibi ſeruio. Uerūtn̄ vice
uerſa tu magis mihi ſeruis q̄ ego tibi. Ecce celū ⁊ terra q̄ in mi-
ni ſterio hoīs creaſti p̄ſto ſunt ⁊ faciūt quotidie q̄cūq̄ mandaſti
Et h̄ parꝫ eſt q̄n etiā angelos in miniſterio hoīs creaſti ⁊ ordiaſti
Traſcēdit aūt h̄ oīa q2 tu ipē ſeruire hoī dignat⁹ es ⁊ teipm̄ ei da
turū ꝓmiſiſti. Quid dabo tibi ꝓ oībus iſtis milib⁹ bonis. Utinā
poſſem tibi ſeruire cūctis diebus vite mee. vtinā vel vno die di-

gnū ſeruitiū exhibere ſufficerem. Uere tu es dignus omni ſeruitio: oī honore ꝛ laude eterna. Uere dn̄s meꝰ es ꝛ ego paupꝫ ſeruus tuus: q̄ totis viribus teneor tibi ſeruire: nec vnq̄ꝫ in laudibꝰ tuis debeo faſtidire. Sic volo ſic deſidero. ꝛ q̄cq̄d mihi deeſt tu digneris ſupplere. Magnꝰ honor magna gl̄ia tibi ſeruire. ꝛ oīa ꝓpter te cōtēnere. Habebūt eīm grām magnā q̄ ſpōte ſe ſubiecerūt tue ſanctiſſime ſeruituti. Inueniēt ſuauiſſimā ſancti ſpiritꝰ ꝯſolationē q̄ ꝓ amore tuo carnalem abiecerūt delectatiōes. cōſequētur magnā cordis libertatē. q̄ artā ꝓ noīe tuo ingrediunt̄ viā ꝛ oēs mūdanā neglexerint curā. O grata ꝛ iocunda dei ſeruitꝰ q̄ hō veracit̄ efficit̄ liber ꝛ ſctūs. O ſacer ſtatus religioſi famulatꝰ q̄ hoīem angelis reddit eq̄lē. deo placabilē demonibꝰ terribilem. ꝛ cūctis fidelibus cōmēdabilē. O amplectēdū ꝛ ſꝑ optandū ſeruitiū quo ſummū ꝓmeretur bonū ꝛ gaudium acquiritur ſine fine manſurum.

## Qꝫ deſideria cordis examianda ſūt ꝛ moderāda. Capi. xij.

Fili oportet te adhuc mlt̄a addiſcere que necdū bene didiciſti. Que ſūt h̄ dn̄e. Ut deſideriū tuū ponas totaliter ſm̄ beneplacitū meum. ꝛ tuiipſius amator non ſis. ſed mee voluntatis cupidus amator ꝛ emulator. Deſideria te ſepe accendunt ꝛ vehementer impellunt ſed ꝯſidera an ꝓpter honorē meū an ꝓpter tuū cōmoduꝫ magis mouearis. Si ego ſum in cauſa bene ꝯtentus eris quōcūq̄ꝫ ordinauero. Si aūt de ꝓprio q̄ſitu aliq̄d latet ecce h̄ ē qꝺ te impedit ꝛ grauat. Caue g̊ ne nimiū innitaris ſuꝑ deſiderio p̄concepto me nō cōſulto: ne forte poſtea peniteat ꝛ diſpliceat qꝺ p̄mo placuit ꝛ quaſi ꝓ meliore celaſti. Nō eīm omnis affectio que videtur bona ſtatim eſt ſequenda. ſed nec omnis contraria affectio ad p̄mū fugienda. Expedit interdum refrenatione vti. etiaꝫ in bonis ſtudijs et deſiderijs. ne per importunitatem mentis diſtractōem incurras ne alijs ꝑ indiſciplinationē ſcandalū generes. vel etiam ꝑ reſiſtentiā aliorū ſubito turberis et corruas. Interdum v̊o oportet violentia vti ꝛ viriliter appetitui ſenſitiuo contraire, nec ad

uertere quid velit caro ⁊ q̇d nõ velit. ſꝫ hoc magꝭ ſatagere ut ſubiecta ſit etiã nolens ſpũi: ⁊ tã diu caſtigari debet ⁊ cogi ſeruituti ſubeſſe. donec pata ſit ad omnia: paucisq; ꝯtentari diſcat: ⁊ ſimplicibus delectari. nec ꝯtra aliq̄d incõueniẽs murmurare.

## De informatõe ſapiẽ ⁊ luctamie aduerſꝰ ꝯcupiſcẽtias. Ca. xiij

Domĩe dñe deus vt audio pacientia eſt mihi valde neccia. multa em̃ in hac vita accidũt contraria. Nã qualitercunq; ordinauero de pace mea nõ poteſt eſſe ſine bello ⁊ dolore vita mea. Ita eſt fili. Non aũt volo te talẽ querere pacẽ que tẽptationibus careat: aut ꝯtraria nõ ſentiat. ſed tũc etiã eſtimare te pacẽ inueniſſe cũ fueris varijs tribulatõnibus exercitatus ⁊ in multis ꝯtrarietatibus ꝓbatus. Si dixeris te nõ multa poſſe pati quõ tũc ſuſtinebis ignem purgatorij. De duobꝰ malis ſp̄ minus malũ eſt eligendum. Ut ḡ eterna futura ſupplicia poſſis euadere. mala preſentia ſtudeas ꝓ deo equanimiter tolerare. An putas q̄ hoĩes ſeculi huiꝰ nihil aut parũ patiant̃. Nec hoc inuenies etiã ſi delicatiſſimos queſieris. Sed habẽt inq̄s multas delectatões ⁊ ꝓprias ſequũt̃ voluntates. ideoq; paꝝ ponderant ſuas tribulatões. Eſto q̄ ita ſit vt habeant q̇cq̇d voluerint. ſed q̄diu putas durabit. Ecce quẽadmodũ fumus deficient abũdantes in ſeculo. ⁊ nulla erit recordatio p̄teritoꝝ gaudioꝝ. Sed cũ adhuc viuũt nõ ſine amaritudine ⁊ tedio ac timore in eis quieſcũt. Ex eadẽ nanq; re vñ delectationẽ cõcipiũt ſibi inde doloris penã frequẽter recipiũt. Iuſte illis fit: ⁊ quia inordinate delectatões querũt ⁊ ſequunt̃ nõ ſine amaritudine ⁊ ꝯfuſione eas expleant. O q̄ breues: q̄ falſe q̄ inordinate ⁊ turpes oẽs ſũt. Uerũtamẽ pre ebrietate ⁊ cecitate nõ intelligunt: ſed velut muta aĩalia ꝓpter modicũ corruptibilis vite delectamentũ mortẽ aĩe incurrũt. Tu ḡ fili poſt ꝯcupiſcẽtias tuas nõ eas: ⁊ a volũtate tua auertere. Delectare in dño ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. Etem̃ ſi veraciter vis delectari ⁊ abũdantiꝰ a me conſolari. ecce in cõtemptu oĩm mũdanoꝝ ⁊ in abſciſiõe oĩm infimaꝝ delectationũ erit bñdictio tua. ⁊ copioſa reddet̃ tibi ꝯſo

latio.⁊ q̃to plus te ab oī creaturarū ſolatio ſubtraxeris.tanto in me ſuauiores ⁊ potentiores ꝯſolatōnes inuenies. Sed primo non ſine quadā triſticia ⁊ labore certaminis ad has ꝑtinges. Obſiſtet inolita ꝯſuetudo.ſ; meliori ꝯſuetudine deuincet̃. Remurmurabit caro.ſ; feruore ſpūs refrenabit̃. Inſtigabit te et exacerbabit ſerpens antiquus:ſed orōne fugabit̃.inſuꝑ ⁊ labore vtili aditus ei magnus obſtruetur.

### De obediētia hūilis ſbditi ad exēplū ihū xpi. Capi.xiiij

FIli qui ſe ſubtrahere nititur ab obedientia ipſe ſe ſubtrahit a gr̄a. Et q̄ q̄rit hr̄e priuata amittit cōmunia. Qui nō libent̃ ⁊ ſpōte ſuo ſupiori ſe ſubdit.ſignū eſt ꝙ caro ſua necdū ꝑfecte ſibi obedit. ſ; ſepe recalcitrat ⁊ murmurat. Diſce ġ celeriter ſupiori tuo te ſubmittetere ſi carnē ꝓpriam optas ſubiugare. Citi⁹ nanq; exteri⁹ vincit̃ inimicus:ſi interior hō nō fuerit deuaſtatus. Nō ē moleſtior ⁊ peior aīe hoſtis ꝙ tuipē tibi nō bn̄ ꝯcordās ſpūi. Oportet em̄ verū te aſſumere tuipius ꝯtēptū ſi vis ꝑualere aduerſus carnē ⁊ ſanguinē. q: adhuc nimis inordinate te diligis. iō plene te reſignare alioꝝ volūtati trepidas. Sed quid magnū:tu q̄ puluis es et nihil. ſi ꝓpter deū te ſubdis hoī:quādo ego omipotēs ⁊ altiſſimus q̄ cūcta creaui ex nihilo me hoī ꝓpter te ſubieci humilr̄. Factus ſuꝫ oīm humillimus ⁊ infimus. vt tuā ſupbiā mea humilitate vinceres. Diſce obtꝑare puluis. diſce te humiliare terra ⁊ limus et ſub oīm pedibus incuruare. diſce volūtates tuas frangere. et ad omniū ſubiectionē te dare. Exardeſce contra te nec paciaris tumorem in te viuere:ſed ita ſubiectū ⁊ paruulū te exhibe vt omēs ſuper te ambulare poſſint ⁊ ſicut lutum platearum conculcare. Quid habes o homo inanis conqueri. Quid ſordide peccator potes contradicere exprobrantibus tibi qui totiens deum offendiſti. et tociens infernum meruiſti. Sed ꝑpercit tibi oculus meus quia precioſa fuit anima tua in conſpectu meo: vt cognoſceres dilectionem meam et gratus beneficijs meis ſemper

exiſteres:⁊ ad verā ſubiectionē ⁊ humilitatem te iugiter dares.
pacienterq; ꝓpriū ꝯtemptū ferres.

De occultꝭ dei iudicijs ꝯſiderādis ne extollamur i boīs. Ca. xv

INtonas ſuper me iudicia tua
dn̄e:⁊ timore ac tremore concutis oīa oſſa mea ⁊ ex-
pauescit aīa mea valde. Sto attonitus ⁊ ꝯſidero q̇a
celi nō ſunt mundi in ꝯſpectu tuo. Si in angelꝭ repiſti prauitatē
nec tn̄ pepciſti. q̇d fiet de me. Ceciderūt ſtelle de celo ⁊ ego pul-
uis quid p̄ſumo. Quoꝝ opa videbanꝭ laudabilia ceciderūt ad in
fima. ⁊ q̇ comedebant panē angeloꝝ vidi ſiliquis delectari por-
coꝝ. Nulla ē ḡ ſctitas ſi tu manū tuā dn̄e retrahas. Nulla ſapiē-
tia ꝓdeſt ſi gubernare deſiſtas. Nulla iuuat fortitudo ſi ꝯſeruare
deſinas. Nulla ſecura caſtitas ſi eā nō ꝓtegas. Nulla ꝓpria pro-
deſt cuſtodia ſi nō adſit tua ſacra vigilantia. Nā relicti mergimur
⁊ perim⁹. viſitati ṽo viuim⁹ ⁊ erigimur. Inſtabiles q̇ppe ſumus
ſꝫ p te ꝯfirmamur. tepeſcim⁹ ſꝫ a te accendimur. O q̄ħ humilr ⁊ abie
cte mihi de meiō ſentiendū ē q̄ħ nihilipendēdū ſi q̇d boni video
hr̄e. O q̄ħ ꝓfunde me ſubmittere debeo ſub abyſſalib⁹ iudicijs tu
is dn̄e. vbi nihil aliud me eē iuenio q̄ħ nihil ⁊ nihil. O pōdus imē
ſū:o pelag⁹ intrāſnatabile. vbi nihil de me repio q̄ħ in toto nihil.
Ubi ē ḡ latebra glie. vbi ꝯfidētia de glia ꝯcepta. Abſorpta ē oīſ
glia vana in ꝓfūditate iudicioꝝ tuoꝝ ſup me. Quid ē oīs caro i
ꝯſpectu tuo. Nūq̇d gliabiꝭ lutū ꝯ̄ formātē ſe. Quō p̄t erigi vani
loq̇o cui⁹ cor i veritate ſubiectū eſt deo. Nō eū tot⁹ mūd⁹ erigeret
quē ſibi ſubiecit veritas: nec oīm laudantiū ore mouebiꝭ q̇ totā
ſpem ſuā i deo firmauit. Nā ⁊ ipi q̇ loquunꝭ. ecce oēs nihil. ⁊ de-
ficiēt cū ſonitu ṽboꝝ. Ueritas aūt dn̄i manet ineternū.

Qualiꝭ ſtandū ſit ac dicēdū in oī re deſiderabili. Capi. xvi

FIli ſic dicas in omni re. dn̄e
ſi tibi placitū fuerit fiat ſꝫ ita. Dn̄e ſi ſit honor tuus fi

at in noīe tuo h̄. Dn̄e ſi mihi videris expedire ⁊ vtile eſſe ꝓbaue-
ris tūc da mihi h̄ vti ad honorē tuū. ẜ ſi mihi nociuū fore cog̃ue-
ris nec aīe mee ſaluti ꝓdeſſe aufer a me tale deſideriū. Nō em̄ oē
deſideriū a ſpūſctō ē. etiā ſi hoī videat̃ rectū aut bonū. Difficile ē
ꝓ vero iudicare an ſpūs bon⁹ aut alien⁹ te impellat ad deſideran-
dū h̄ vel illud. an etiā ex ꝓprio mouearis ſpū. Multi in fine ſunt
decepti. q̄ p̄mo bono ſpū videbāt̃ inducti. Igit̃ ſꝑ cū timore dei
⁊ cordis hūilitate deſiderandū eſt ⁊ petendū q̇cq̇d deſiderabile
menti occurrit. maxieq; cū ꝓpria reſig̃tōe mihi totū cōmittendū
eſt atq; dicēdū. Dn̄e tu ſcis q̄lr meli⁹ ē: fac h̄ vel illud ſic̄ volueris
Da qđ vis ⁊ q̄tū vis ⁊ qn̄ vis. Fac mecū ſic̄ ſcis ⁊ ſic̄ tibi mag⁹ pla
cuerit ⁊ maior honor tuus fuerit. Pone me vbi vis ⁊ libere age
mecū in oībus. In manu tua ego ſū. gyra ⁊ reuerſa me ꝑ circuitū
En ego ſeruus tu⁹ ꝑatus ad oīa qm̄ nō deſidero mihi viuere ſed
tibi: vtinam digne et perfecte.

## Orō ꝓ beneplacito dei ꝑficiendo. Capitulū: xvij.

Concede mihi benigniſſime ie-
ſu grāz tuā. vt mecū ſit ⁊ mecū laboret. mecūq; vſq; ī
fine ꝑſeueret. Da mihi ſꝑ deſiderare ⁊ velle qđ tibi ma
gis acceptū ⁊ chari⁹ placet. Tua volūtas mea ſit ⁊ mea volūtas
tuā ſeq̄t̃. ſꝑ ⁊ optime ei ꝯcordet: Sit mihi vnū velle ⁊ nolle tecū
nec aliud poſſe velle aut nolle niſi qđ vis ⁊ nolis. Da mihi oībus
mori que in mūdo ſūt. ⁊ ꝓpt̄ te amare ꝯtēni ⁊ neſciri in h̄ ſeculo.
Da mihi ſuꝑ oīa deſiderata in te q̇eſcere ⁊ cor meū in te pacifica
re. Tu vera pax cordis. tu ſola requies. ex̄ te oīa ſūt dura ⁊ inq̇e
ta. In hac pace in idipm̄. h̄ ē in te vno ſummo ⁊ eterno bono dor
miam et requieſcam. Amen.

## Qđ verū ſolatiū in ſolo deo eſt querendū. Capitulū. xviij.

Quicq̇d deſiderare vel cogita-
re poſſuz ad ſolaciū meū nō h̄ expecto ẜ in poſterū. q̄ ſi

omnia ſolatia mūdi ſolus habere͂.et oībus delitijs frui poſſez cer
tū eſt ꝙ diu durare nō poſſet.Vn̄ nō poteris aīa mea plene cōſo
lari nec pfecte recreari niſi in deo ꝯſolatore paupeꝝ ⁊ ſuſceptore
hūiliū.Expecta modicū aīa mea.expecta diuinū ꝓmiſſum.⁊ ha-
bebis abūdantiā oīm bonoꝝ in celo.Si nimis inordinate iſta ap
petis pn̄tia pdes et̄na ⁊ celeſtia.Sint tpalia in vſu.eterna in de
ſiderio.Nō potes aliquo bono tpali ſatiari.qꝛ ad hec fruenda nō
es creata.Etiam ſi omnia bona creata haberes:non poſſes eſſe
felix et beata.ſed in deo qui cūcta creauit.tua beatitudo:tua ⁊ fe
licitas ꝯſiſtit.non q̄lis videt̄ ⁊ laudatur a ſtultis mūdi amatori-
bus:ſed qualem expectant boni xp̄i fideles ⁊ preguſtant inter-
dum ſpūales ac mūdi corde.quoꝝ cōuerſatio eſt in celis. Vanū
eſt et breue omne humanū ſolatiū.Beatū ⁊ verum ſolatiū qd̄ in
tus a veritate percipitur.Deuotus hō vbiq; ſecum fert conſola-
torem ſuum ihm̄.⁊ dicit ad eū.Adeſto mihi dn̄e iheſu in omni lo
co ⁊ tpe.Hec mihi ſit ꝯſolatio libenter velle carere omni humano
ſolatio.Et ſi tua defuerit cōſolatio ſit mihi tua volūtas ⁊ iuſta ꝓ
batio ꝓ ſummo ſolatio.Non em̄ imppetuum iraſceris, neq; ine-
ternum cōminaberis.

Qd̄ om̄is ſollicitudo in deo ponenda eſt. Capitulum.xix

Fili ſine me tecū agere quod
volo:ego ſcio quid expediat tibi.Tu cogitas vt homo
in m̄tis ſent̄ ſic̄ tibi human⁹ ſuadet intellect⁹.Dn̄e ve
rū ē qd̄ dic̄.Maior ē ſollicitudo tua ꝓ me ꝙ oīs cura quam ego
poſſū gerere ꝓ me.Nimis em̄ caſual̄r ſtat q̄ nō ꝓijcit oēm ſollici-
tudinē ſuā in te.Dn̄e dūmodo volūtas mea recta ⁊ firma ad te ꝑ
maneat fac de me q̄cq̄d tibi placuerit.Nō em̄ p̄t eē niſi bonū q̄c-
q̄d de me feceris.Si me vis eē i tenebris ſis bn̄dict⁹.⁊ ſi me vis
eſſe i luce ſis iterū bn̄dictus.Si me dig̃ris ꝯſolari ſis bn̄dict⁹.et
ſi me vis tribulari eque ſis ſꝑ bn̄dict⁹.Fili ſic optet te ſtare ſi me-
cū deſideras ambulare.Ita ꝓmpt⁹ debes eē ad paciendū ſic̄ ad
gaudendū.Ita libent̄ debes eē inops ⁊ paupꝑ ſic̄ plen⁹ et diues.
Dn̄e libent̄ patiar ꝓ te q̄cq̄d volueris venire ſuꝑ me. Indifferen

ter volo de manu tua bonum ⁊ malum. dulce ⁊ amarū. letū ⁊ triſte ſuſcipe. ⁊ ꝓ oībus mihi cōtingentibus gratias agere. Cuſtodi me ab oī peccato ⁊ non timebo mortē nec infernū. dūmodo in eternū me non ꝓijcias. nec deleas me de libro vite, non mihi nocebit quicquid venerit tribulatōnis ſup me.

Qd̄ temporales miſerie chriſti exemplo equanimiter ſunt ferende. Capitulum. xx.

FIli ego deſcendi de celo ꝓ tua ſalute. ſuſcepi tuas miſerias nō neceſſitate ſed charitate trahente. vt pacientiā diſceres ⁊ tpales miſerias nō indignāter ferres. Nā ab hora ort⁹ mei vſqꝫ ad exitū i cruce nō defuit mihi tolerātia doloris. defectū rerū tpaliū magnū habui multas q̄rimonias de me freq̄nt̄ audiui. ꝯfuſiones ⁊ opprobria benigne ſuſtinui. ꝓ bn̄ficijs ingr̄titudinē recepi ꝓ miraculis blaſphemias. ꝓ doctrina reprehenſiōes. Dn̄e q꞉ fuiſti paciēs in vita tua in h̄ maxime implēdo p̄ceptū pr̄is tui. dignū eſt vt ego miſerrimus pctōr ſm volūtatē tuā pacient̄ me ſuſtineam: ⁊ donec ipſe volueris on⁹ corruptibil̄ vite ꝓ ſalute mea portē. Nā ⁊ ſi oneroſa ſentit̄ pn̄s vita. facta eſt tn̄ iā p gr̄az tuā valde meritoria atqꝫ exēplo tuo ⁊ ſctōꝝ tuoꝝ veſtigijs infirmis tolerabilior ⁊ clarior. h̄ et multomagi ꝯſolatoria q̄ꝫ olim in lege veteri fuerat cuꝫ porta celi clauſa pſiſteret ⁊ obſcurior etiā via videbat̄ qn̄ tā pauci regnum celoꝝ q̄rere curabāt. h̄ neqꝫ q̄ tūc iuſti erāt ⁊ ſaluādi ante paſſionē tuā ⁊ ſacre mortis debitū celeſte regnū poterāt introire. O q̄ꝫ tas tibi gratias teneor referre q̄ꝫ rectā ⁊ bonā viam dignatus es mihi ⁊ cūct̄ fidelibus ad eternū regnū tuū oñdere. Naꝫ vita tua via nr̄a. ⁊ p ſanctā paciētiā ambulamus ad te q̄ es corona nr̄a. Niſi tu nos p̄ceſſiſſes ⁊ docuiſſes q̄s ſeq̄ curaret. Heu q̄ꝫti longe retroqꝫ manerēt niſi tua p̄clara exēpla inſpicerēt. Ecce adhuc tepeſcimus auditis tot ſignis tuis ⁊ doctrinis. q̄d fieret ſi tantum lumen ad ſequendū te nō haberemus.

De tolerātia iniuriaꝝ: ⁊ q̄s ver⁹ patiēs ꝓbet̄. Capitulū. xxi

Quid eſt quod loq̄ris fili. Ceſſa conqueri. Conſidera meã ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ paſſionẽ. Nondum vſq; ad ſanguinem reſtitiſti. Parum eſt qđ tu pateris in comparatione eorum qui tam multa paſſi ſunt. tã fortiter temptati. tam grauiter tribulati. tam multipliciter ꝓbati et exercitati. Oportet te igitur alioꝝ grauiora ad mentẽ reducere. vt leuius feras tua minima. Et ſi tibi minima non videnť: vide ne ⁊ hec tua faciat impacientia. Siue tñ parua ſiue magna ſint ſtude cuncta pacienter ferre. Quanto melius te ad paciendum diſponis tanto ſapientius agis ⁊ amplius ꝓmereris ⁊ feres leuius animo ⁊ vſu ad hoc nõ ſegniter paratis. nec dicas nõ valeo hoc ab hoĩe tali pati. nec huiuſcemodi mihi paciẽda ſunt. graue enĩ intulit damnũ ⁊ improperat mihi que nunq̃ cogitaueram ſed ab alio libenter patiar ⁊ ſicut patienda videro. Inſipiens eſt talis cogitatio que virtutẽ pacientie nõ conſiderat nec a quo coronanda erit ſed magis pſonas ⁊ offenſas ſibi illatas ppendit. nõ eſt verus paciens qui nõ vult pati niſi q̃tum ſibi viſum fuerit et a quo ſibi placuerit. Uerus aũt patiens non attendit a quo hoĩe vtrũ a plato ſuo an ab aliquo eq̃li aut inferiori. vtrũ a bono ⁊ ſãcto viro vł a puerſo ⁊ ĩdigno exerceať. ſʒ indifferenť ab oĩ creatura q̃tũcũq; ⁊ quotiẽſcũq; ei aliq̃d aduerſi acciderit. totũ hoc gratãter de manu dei accipit ⁊ ingens lucꝝ reputat. q: nihil apud deum q̃tũlibet paruũ ꝓ deo tñ paſſuʒ poterit ſine merito tranſire. Eſto igiť expeditꝰ ad pugnã ſi vis habere victoriã. Sine certamine non poteris venire ad pacientie coronã. Si pati nõ vis recuſas coronari. ſi aũt coronari deſideras certa viriliter. ſuſtine patienter. Sine labore nõ tendiť ad requiẽ. nec ſine pugna puenitur ad victoriã. Fac mihi dñe poſſibile p gratiã qđ mihi impoſſibile videť p naturã. Tu ſcis q modicũ poſſum pati ⁊ q cito deijcior leui exurgente aduerſitate. Efficiať mihi quelibet exercitatio tribulationis ꝓ noĩe tuo amabilis ⁊ optabilis. Nam pati ⁊ vexari ꝓ te valde ſalubre eſt anime mee.

De cõfeſſione ꝓprie infirmitatis ⁊ huꝰ vite miſerijs. Ca. xix.

COnfiteoꝛ aduerſum me iniu-
ſticiā meā ⁊ ꝯfiteboꝛ tibi dn̄e infirmitatē meam. Se-
pe parua res eſt q̄ me deijcit ⁊ contriſtat. Ꝓpono
me fortit̄ acturū ſ; cū modica tēptatio venerit magna mihi fit an
guſtia. Ualde vilis qn̄q; res eſt vn̄ grauis tēptatio ꝓuenit. ⁊ dū
puto me aliq̄ꝑtulū tutū cū nō ſentio. iuenio me nōnūq̄ pene deui
ctū ex leui flatu. Uide ḡ dn̄e humilitatē meā ⁊ fragilitatē tibi vn
diq; notā. Miſerere mei ⁊ eripe me de luto vt nō infigar. nō ꝑ-
maneā deuictus vſq; q̄q;. Hoc ē qđ me frequent̄ reuerberat ⁊ co
ram te ꝯfundit q̆ tā labilis ſum ⁊ infirm⁹ ad reſiſtendū paſſioni
bus. Et ſi nō oīno ad ꝯſenſionē trahit. tn̄ mihi etiā moleſta ⁊ gra
uis ē eoꝝ inſectatio. ⁊ tedet valde ſic quotidie viuere in lite. Ex-
hinc nota fit mihi infirmitas mea. q꞉ multo facili⁹ irruūt abomi-
nāde ſp fantaſie q̄ diſcedunt. Utinā fortiſſime deus iſrael zela-
toꝛ aīaꝝ fideliū. reſpicias ſerui tui laboꝛē ⁊ doloꝛē. aſſiſtaſq; illi i
oībus ad quecūq; ꝑrexerit. Roboꝛa me celeſti foꝛtitudine. neq;
vetus hō miſera caro ſpūi necdū plene ſubiecta valeat dn̄ari ad
uerſus quam certare opoꝛtebit q̄diu ſpirat̄ in hac vita miſerrima
Heu q̄lis eſt hec vita vbi nō deſūt tribulatōes ⁊ miſerie. vbi ple
na laqueis ⁊ hoſtib⁹ ſūt oīa. Nā vna tribulatōe ſeu tēptatōne re
cedente alia accedit. ſ; adhuc pꝛioꝛe durante ꝯflictu alij plureſ ſu
ꝑueniūt ⁊ inſperate. Et quō poteſt amari vita habēs tātas ama
ritudines: ⁊ tot ſubiecta calamitatibus ⁊ miſerijs. Quō etiaꝫ dr
vita tot generās moꝛtes ⁊ peſtes. ⁊ tn̄ amatur ⁊ delectari in ea a
mltis querit̄. Repꝛehendit̄ frequent̄ mūdus q̄ fallax ſit ⁊ van⁹. nec
tn̄ facile relinquit̄ cū ꝯcupiſcētie carnis dn̄ant̄. Sed alia trahūt
ad amandū alia ad cōtēpnendū. Trahūt ad amoꝛē mūdi deſide-
riū carnis deſideriū oculoꝝ ⁊ ſupbia vite. ſed pene ac miſerie ſe-
quētes ea odiū mūdi pariūt ⁊ tediū. Sꝫ vincit ꝓh doloꝛ delecta-
tio pꝛaua mentē mūdo deditā. ⁊ eſſe ſub ſenſib⁹ delicias reputat
q꞉ dei ſuauitatē ⁊ internā virtutis amenitatē nec vidit nec guſta
uit. Qui aūt mūdū ꝑfecte cōtēnūt ⁊ deo viuere ſub ſctā diſcipli-
na ſtudēt. iſti diuinā dulcedinē veris abꝛenūciatoꝛib⁹ ꝓmiſſaꝫ nō
ignoꝛāt. et q̄ grauiter mundus erꝛat ⁊ varie fallit̄ vident

Q[uo]d in deo ſup[er] o[mn]ia bona [et] dona requieſcendu[m] e[st]. Ca. xxiij.

SVper o[mn]ia et in o[mn]ibus requie-ſce a[n]i[m]a mea in d[omi]no ſp[er].q[uia] ip[s]e e[st] ſcto[rum] eterna requies. Da mibi dulciſſime [et] amatiſſime ih[es]u in te ſup[er] o[mn]es creatu-ram requieſcere. ſup[er] o[mn]em ſalute[m] [et] pulchritudine[m]. ſup[er] o[mn]e[m] gloriam et honore[m]. ſup[er] o[mn]em potentia[m] et dignitate[m]. ſup[er] o[mn]em ſcientia[m] [et] ſub tilitate[m]. ſup[er] o[mn]es diuitias et artes. ſup[er] o[mn]e[m] leticia[m] [et] exultatonem. ſup[er] o[mn]em fama[m] [et] laude[m]. ſup[er] o[mn]em ſuauitate[m] [et] co[n]ſolatione[m]. ſup[er] o[mn]e[m] ſpem [et] p[ro]miſſione[m]. ſup[er] o[mn]e meritu[m] [et] deſideriu[m]. ſup[er] o[mn]ia dona [et] mu-nera que potes dare et infundere. ſup[er] o[mn]e gaudiu[m] [et] iubilationem qua[m] poteſt mens capere [et] ſentire. Deniq[ue] ſup[er] o[mn]es angelos [et] ar-changelos. et ſup[er] o[mn]em exercitu[m] celi. ſup[er] o[mn]ia viſibilia [et] inuiſibilia [et] ſup[er] o[mn]e q[uo]d tu deus meus no[n] es. quia tu deus meus ſup[er] o[mn]ia op tim[us] es. tu ſolus altiſſim[us]. tu ſolus pote[n]tiſſim[us]. tu ſol[us] ſufficientiſſi mus [et] pleniſſimus. tu ſolus ſuauiſſim[us] [et] ſolatioſiſſim[us]. tu ſol[us] pul cerrimus [et] amantiſſimus. tu ſolus nobiliſſim[us] [et] glorioſiſſim[us] ſup[er] o[mn]ia. in quo cuncta bona ſimul p[er]fecte ſunt fueru[n]t et eru[n]t. atq[ue] ideo minus e[st] [et] inſufficie[n]s quicq[ui]d p[re]ter teip[su]m mihi donas: vt de teip[s]o reuelas vel p[ro]mittis te no[n] viſo nec plene adepto. Quonia[m]quide[m] no[n] p[otes]t cor meu[m] veraciter requieſcere nec total[ite]r co[n]te[n]tari niſi in te re quieſcat. [et] o[mn]ia dona o[mn]e[m]q[ue] creatura[m] tra[n]ſce[n]dat. O mi dulciſſime ſponſe ih[es]u x[rist]e amator puriſſime d[omi]nator vniuerſe creature q[ui]s mi hi det pe[n]nas vere liberta[tis] ad volandu[m] [et] pauſandu[m] in te. O qu[a]n[do] ad plenu[m] dab[itu]r vacare mihi [et] videre q[uam] ſuauis es d[omi]ne de[us] me[us]. Qu[a]n[do] ad plenu[m] recollig[a]m me in te. vt p[re] amore tuo no[n] ſentia[m] me. ſ[ed] te ſolu[m] ſup[er] o[mn]em ſenſu[m] [et] modu[m] in mo[do] no[n] o[mn]ib[us] noto. Nu[n]c au[tem] frequent[er] ge-mo [et] infelicitate[m] mea[m] cu[m] dolore porto. q[uia] m[u]l[t]a mala in hac valle miſeriaru[m] occuru[n]t q[ue] me ſepius co[n]turba[n]t co[n]triſta[n]t [et] obnubila[n]t. ſe-pius impediu[n]t [et] diſtrahu[n]t. alliciu[n]t [et] implica[n]t ne liber[um] habea[m] ac ceſſum ad te. [et] ne iocu[n]dis fruar amplexib[us] p[re]ſto ſp[er] b[ea]tis ſpiritib[us]. Moueat te ſuſpiriu[m] meu[m] [et] deſolatio multiplex in terra. O ihesu ſplendor eterne gl[or]ie ſolame[n] p[er]egrinantis a[n]i[m]e. apud te e[st] os meu[m] ſi-ne voce. [et] ſile[n]tium meu[m] loqui[tur] tibi. Vſq[ue] quo tardat venire d[omi]n[u]s meus. Veniat ad me paup[er]culu[m] ſuu[m] [et] letum faciat. Mittat ma-

num ſuã ⁊ me miſer̄ eripiat de oĩ anguſtia. Ueni veni: q̄ꝛ ſine te nulla erit quieta dies aut hora. q̄ꝛ tu leticia mea. ⁊ ſine te vacua eſt menſa mea. Miſer ſum ⁊ q̄dāmodo incarceratꝰ ⁊ cōpedibus ḡuatus donec luce p̄ſentie tue me reficies ac libertati dones vultū q̄ amicabilē demōſtres. Querāt alij ꝓ te aliud q̄dcūq̄ libuerit. ⁊ mihi aliud interī nil placet nec placebit: niſi tu deꝰ meꝰ ſpes mea: ſalꝰ eterna. Nō reticebo nec depcari ceſſabo donec grā tua reuertat̄: mihiq̄ tu intus loq̄ris. ecce aſſū. Ecce ego ad te q̄ꝛ inuocaſti me. lachꝛyme tue ⁊ deſideriū aīe tue hūiliatio tua ⁊ cōtritio coꝛdis inclinauerūt me ⁊ adduxerūt ad te. Et dixi. dn̄e inuocaui te ⁊ deſideraui frui te. patus oīa reſpuere ꝓpt̄ te. Tu em̄ p̄ꝛioꝛ excitaſti me vt quererē te. Sis ḡ bn̄dictus dn̄e q̄ feciſti hanc bonitatē cū ſeruo tuo ſm̄ mlt̄itudinē miſe͛cōie tue. Quid habet vltra dicere dn̄e ſeruꝰ tuꝰ corā te niſi vt hūiliet ſe valde añ te. memoꝛ ſp̄ ꝓꝑꝛie iniq̄tat̄ ⁊ vilitat̄. Nō em̄ eſt ſilis tui i cūct̄ mirabilibus celi ⁊ terre. Sūt opa tua bona valde dn̄e iudicia vera. ⁊ ꝓuidentia tua regunt̄ vniuerſa. Laus ḡ tibi ⁊ glīa o p̄ris ſapia. te laudꝫ ⁊ bn̄dicat os meū. aīa mea ⁊ cuncta creata ſimul.

De recoꝛdatōne bn̄ficioꝝ dei multiplicīū. Capi. xxiiij.

APeri domine coꝛ meum ī lege tua: et in p̄ꝛeceptis tuis doce me ambulare. Da mihi intelligere voluntatem tuam. ⁊ cum magna reuerentia ac diligenti conſideratione beneficia tua tā in generali q̄ in ſpeciali memoꝛari. vt digne tibi ex hinc valeam gratias referre. Uerum ſcio ⁊ confiteoꝛ nec ꝓ minimo puncto me poſſe debitas gratiaꝝ laudes pſoluere. Minoꝛ ego ſū omnibꝰ bonis mihi p̄ſtitis et cū tuam nobilitatē attendo: deficit p̄ magnitudine illius ſpiritus meus. Omnia que in anima habemus et in coꝛpoꝛe et quecunq̄ exterius vel interius naturaliter vel ſupernaturaliter poſſidemus. tua ſunt beneficia. et te beneficum pium ac bonum commendant. a quo bona cuncta accepimus. Et ſi alius plura. alius pauciora accepit, omnia tamen tua ſunt. et ſine te

nec minimū haberi poteſt. Jlle qui maiora accepit nō poteſt merito ſuo gloriari. nec ſup alios extolli nec minori inſultare. qꝛ ille maior ⁊ melior qui ſibi minus aſcribit ⁊ in regratiādo humilior ē atq̧ deuotior. Et qui oībus viliorē ſe exiſtimat ⁊ indignioreꝫ ſe iudicat aptior eſt ad percipiendū maiora. Qui aūt pauciora accepit contriſtari non debet nec indignanter ferre neq̧ ditiori inuidere ſed te potius attēdere ⁊ tuā bonitatē maxime laudare ꝙ tam affluēter: taꝫ gratis taꝫ libenter ſine ꝑſonarū acceptōne tua munera largiris. Omnia ex te: et ideo in oībus es laudādus. Tu ſcis q̄d vnicuiq̧ donare expediat: ⁊ cur iſte minus ⁊ ille ampli⁹ habeat nō noſtꝝ ſed tuū eſt hoc diſcernere. apud quē ſingulorꝝ diffinita ſunt merita. Unde dn̄e deus ꝓ magno etiaꝫ reputo bn̄ficio non multa habere vnde exteri⁹ ⁊ ſm̄ homiēs laus ⁊ gloria appareat. Jta vt quis cōſiderata pauꝑtate ⁊ vilitate perſone ſue non mō grauitatē aut triſticiaꝫ vel deiectōeꝫ inde cōcipiat. ſed poti⁹ cōſolatōeꝫ et hilaritatē magnā. q̄a tu deus paupes ⁊ hūiles atq̧ huic mūdo deſpectos tibi elegiſti in familiares ⁊ domeſticos Teſtes ſunt ipi apl̄i tui quos principes ſup oēm terraꝫ ꝯſtituiſti. fuerūt tn̄ ſine querela cōuerſati in mūdo tā hūiles ⁊ ſimplices ſine omi malicia ⁊ dolo vt etiā pati ꝯtumelias gauderēt ꝓ nomie tuo. ⁊ que mūdus abhorret ipi amplecterent̄ affectu magno. Nihil g̃ amatorē tuū ⁊ cognitorē beneficiorꝝ tuorꝝ ita letificare debet ſicut volūtas tua in eo: ⁊ beneplacitū eterne diſpoſitōis tue de qua tantū ꝯtētari debet ⁊ cōſolari vt ita libenter velit eſſe minimus ſicut aliquis optaret eſſe maximus: ⁊ ita pacificus ⁊ ꝯtētus in nouiſſimo ſicut in loco primo: atq̧ ita libenter deſpicabilis ⁊ abiectus. nullius quoq̧ noīs ⁊ fame: ſicut ceteris honorabilior ⁊ maior in mundo. Nam voluntas tua ⁊ amor honoris tui omnia excedere debet: ⁊ plus eū cōſolari: magiſq̧ placere ꝙ omnia beneficia ſibi data vel danda.

### De quattuor magnam importantibus pacē. Capi. xxv.

Fili nūc docebo te viam pacis ⁊ vere libertatis. Fac dn̄e qd̄ dicis. qꝛ h̄ mihi gratuꝫ

eſt audire. Stude fili alterius potius facere voluntatē q̄ tuam. Elige ſp minus q̄ plus habere. Quere ſp inferiorē locū ⁊ omnibus ſubeſſe. Opta ſp ⁊ ora. vt volūtas dei integre in te fiat. Ecce talis homo ingredit fines pacis ⁊ quietis. Dn̄e ſermo tu⁹ iſte breuis multū in ſe ꝯtinet ꝑfectionis: paruus eſt dictu: ꝫ plenus ſenſu ⁊ vber in fructu. Nam ſi poſſet a me fideliter cuſtodiri non deberet tā facilis in me turbatio oriri. nā quotiens me impacatū ſentio ⁊ grauatū: ab hac doctrina me receſſiſſe inuenio. Sed tu qui oīa potes ⁊ anime ꝓfectū ſemp dilig̃. adauge maiorē grām vt poſſim tuū cōplere ſermonē: ⁊ meā ꝓficere ſalutē.

## Oratio ꝯtra cogitationes malas. Capitulū. xxvi.

Domine deus me⁹ ne elongeris a me: deus meus in auxiliū meū reſpice. q̄m inſurrexerūt in me cogitatōes vane. ⁊ timores magni affligentes animā meā. Quō ꝑtranſibo illeſus. quō ꝑfringam eam. Ego inquit ante te ibo ⁊ glorioſos terre hūiliabo. aperiā ianuaꝫ carceris ⁊ archana ſecretoꝝ reuelabo tibi. Fac dn̄e vt loq̃ris: et fugiant a facie tua oēs inique cogitatōes. Hec ſpes ⁊ vnica cōſolatio mea ad te in oī tribulatione confugere. tibi ꝯfidere. te ex intimo inuocare. ⁊ pacient ꝯſolatōeꝫ tuam expectare.

## Oīo ꝓ illuīatōe mentis deuotiſſima. Capitulū. xxvij.

Clarifica me bone ihesu claritate eterni luminis. et educ de habitaculo cordis mei tenebras vniuerſas. Cohibe cogitatōnes multas: ⁊ elide vim facientes temptatōnes. Pugna fortiter ꝓ me ⁊ expugna malas beſtias. ꝯcupiſcentias dico illecebroſas: vt fiat pax i virtute tua ⁊ abūdantia laudis tue reſonet in aula ſancta: hoc eſt in ꝯſcientia pura. Impera ventis ⁊ tempeſtatibus. dic mari quieſce. dic aquiloni ne flaueris. et erit tranquillitas magna. Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuā vt luceat ſup terrā. q2 terra ſū inanis ⁊ va

cua donec illumines me. Effunde gratiā tuā deſup. pfunde cor meū gratia celeſti. miniſtra deuotōis aquas ad irrigandā faciē terre ad pducendū fructū bonū et optimū. Eleua mentē preſſam mole pctō. et ad celeſtia totū deſideriū meum ſuſpende. vt guſtata ſuauitate ſupne felicitat pigeat de terrenis cogitare. Rape me et eripe me ab oī creaturarū indurabili ꝯſolatōe. quia nulla res creata appetitū meū plenarie valet quietare et ꝯſolari. Junge me tibi inſeparabili dilectōis vinculo. quoniam tu ſolus amāti ſufficis. et abſq te friuola ſunt vniuerſa.

De euitatōe curioſe inquiſitōis ſup alteri⁹ vita. Ca. xxviij.

Fili noli eſſe curioſus: nec vacuas gerere ſollicitudines. Quid hoc vel illud ad te. tu me ſequere. Quid em̄ ad te vtrū ille ſit talis vel talis: aut iſte ſic agit vel loquit. Tu nō indiges reſpondere p alijs ſed p teipo rōnē reddes. Quid g̃ te implicas. Ecce ego oēs cognoſco: et cūcta que ſub ſole fiūt video. et ſcio q̃liter cū vnoq ſit: quid cogitet. quid velit: et ad quem finē tendat ei⁹ intentio. Mihi igit cōmittenda ſunt oīa. tu vo ſerua te in bona pace: et dimitte agitantē agitare q̄tū voluerit. Veniet ſup eū quicq̄d fecerit vl dixerit: q: me fallere non p̄t. Non ſit tibi cure de magni nois vmbra et nō de multo familiaritate nec de priuata hominū dilectione. Jſta em̄ generāt diſtractōes et magnas in corde obſcuritates. Libenter loquerer tibi vbū meū et abſcōdita reuelarem ſi aduentū meū diligēter obſeruares et oſtiū cordis mihi apires. Eſto puidus et vigila in oronib⁹. et humilia te in oībus.

Jn q̄ b⁹ firma pax cordis et ver⁹ pfect⁹ ꝯſiſtit. Capi. xxix.

Fili ego locutus ſum. Pacem relinquo vobis. pacē meā do vobis. nō quō mūd⁹ dat ego do vobis. Pacē oēs deſiderāt. ſ que ad verā pacē ptinent nō oēs curant. Pax mea cū humilib⁹ et manſuetis corde

Pax tua erit in multa paciētia. Si me audieris ⁊ vocē meā ſecu
tus fueris poteris multa pace frui. Quid igit̄ faciā. In oī re at
tende tibi q̄d facias ⁊ q̄d dicas. ⁊ oēm intentōnē tuā ad hͦ diri
ge vt mihi ſoli placeas. ⁊ ex̄ me nihil cupias vel queras: ſed ⁊ de
alioꝝ dict̄ vel factis nihil temere iudices. nec cū rebus tibi non
cōmiſſis te implices. ⁊ poterit fieri vt parū vl' raro turberis. Nū
q̄ aūt ſentire aliquā turbatōē nec pati aliquā cordis vel corpis
moleſtiā nō eſt p̄ñtis tpis ſed ſtatus eterne q̄etis. Nō ḡ eſtimas
verā pacē inueniſſe ſi nullā ſenſeris grauitatē. nec tunc totū eſſe
bonū ſi nemīnē pateris aduerſariū: nec hͦ eſſe ꝑfectū ſi cūcta fiūt
ſm tuū affectum. neq̄ tūc aliquid magni te reputes aut ſpeciali
ter dilectū exiſtimes ſi in magna fueris deuotōe atq̄ dulcedine
q: in iſtis nō cognoſcit̄ verus amator v̄tutis: nec in iſtis ꝯſiſtit ꝑ
fectus ⁊ ꝑfectio hoīs. In quo ḡ dn̄e. In offerendo te ex toto cor
de tuo volūtati diuine. nō querēdo q̄ tua ſunt nec in paruo nec ī
magno: nec in tpe: nec in eternitate. ita vt in vna eq̄li facie in grā
rū actōne ꝑmaneas. inter ꝓſpera ⁊ ꝯtraria. oīa equa lance penſā
do. Si fueris tā fortis ⁊ longanimis in ſpe vt ſubtracta interio
ri ꝯſolatōne etiā ad ampliora ſuſtinēda cor tuū p̄paraueris. nec
te iuſtificaueris quaſi hec tātaq̄ pati nō deberes. ſ; me in oībus
diſpoſitōnibus meis iuſtificaueris ⁊ ſctm̄ laudaueris. tunc in ve
ra ⁊ recta via pacis ambulas. ⁊ ſpes indubitata erit q̄ rurſus in
iubilo faciē meā ſis viſur⁹. Qđ ſi ad plenū tui ip̄i⁹ ꝯtēptū ꝑuene
ris ſcito q̄ tūc abūdātia pacꝭ ꝑfrueris ſm poſſibilitatē tui īcolat⁹

De eminentia libere mentis. ⁊ q̄ ſupplex oratio magis meret̄
q̄ lectio. Capitulum. xxx.

DOmine hoc opus eſt ꝑfecti vi
ri nunq̄ ab intentione celeſtium animū relaxare. ⁊ in
ter multas curas quaſi ſine cura tranſire. nō more tor
pentis. ſ; prerogatiua q̄dā libere mētis. nulli creature inordinata
affectōe adherendo. Obſecro te piiſſime de⁹ me⁹ ꝯſerua me a cu
ris huius vite ne nimis implicer. a multis neceſſitatibus corpo
ris ne voluptate capiar. ab vniuerſis anime obſtaculis ne mole

ſtijs fractus deijciar. nō dico ab his rebus quaſ toto affectu am-
bit vanitas mūdana. ſed ab his miſerijs que aīam ſerui tui com
muni maledicto mortalitatis penaliter grauant ⁊ retardant ne i
libertatē ſpūs quotiēs libuerit valeat introire. O deꝰ meus dul-
cedo ineffabilis verte mihi in amaritudinē oēm ꝯſol atq̄ʒ carna
lē. ab eternoꝝ amore me abſtrahentē ⁊ ad ſe intuitu cuiuſdā boni
delectabilis p̄ntis male allicientē. Nō me vincat deus meus nō
vincat caro ⁊ ſanguis. nō me decipiat mūdus ⁊ breuis gl'ia eius
nō me ſupplantet dyabolus ⁊ aſtutia illiꝰ. Da mihi fortitudineʒ
reſiſtendi. pacientiā tolerādi. ꝯſtantiā ꝑſeuerādi. Da ꝓ oībꝰ mū-
di ꝯſolatoībus ſuauiſſimā ſpūs tui vnctōem: ⁊ ꝓ carnali amore
tui nois infunde amorē. Ecce cibus: potus: veſtis ac cetera vtē-
ſilia ad corpis ſuſtētaculū ptinentia feruēti ſpūi ſūt onerosa. Tri
bue talibus fomentis tꝑate vti. nō deſiderio nimio implicari. Abij
cere oīa nō licʒ. quia natura ſuſtentāda eſt. requirere aūt ſupflua
⁊ que magis delectāt lex ſancta ꝓhibet. nā al's caro aduerſus ſpi-
ritū inſoleſceret. Inter hec queſo manus tua me regat ⁊ doceat
ne quid nimium fiat.

Qđ priuatus amor a ſūmo bono maxīe retardat. Ca. xxxi.

FIli oportet te dare totū ꝓ to
to: ⁊ nihil tuijꝑius eſſe. Scito q̄ amor tuijꝑius magis
nocet tibi q̄ aliq̄ res mūdi. Scōm amorē ⁊ affectum
quē geris quelibet res plus vel minꝰ adheret. Si fuerit amor tuꝰ
purꝰ ſimplex ⁊ bñ ordinatꝰ eris ſine captiuitate reꝝ. Noli concu-
piſcere qđ nō licet hr̄e. Noli hr̄e qđ te p̄t impedire ⁊ libtate inte-
riori priuare. Mirū q̄ nō ex toto fūdo cordis teipm mihi cōmittis
cū oibus q̄ deſiderare potes vel hr̄e. Quare vano merore conſu-
meris. Cur ſupfluis curis fatigaris. Sta ad bñplacitū meum: et
nullū patieris detrimētū. Si q̄ris h' vel illđ ⁊ volueris eſſe ibi vel
ibi ꝓpt tuū cōmodū ⁊ ꝓpt bñplacitū magis habēdū nūq̄ eris in
quietudine: nec liber a ſollicitudine. q: in omi re repiet aliq̄s de-
fectus: ⁊ in oi loco erit q̄ aduerſet. Iuuat igit nō q̄libet res ade-
pta vel multiplicata exterius. ſ potius ꝯtenta ⁊ deciſa ex corde

radicitus. Qd non tm̄ de cenſu eris ⁊ diuitiarū intelligas. ſed ꝺ honoris etiā ambitu ac vane laudatōis deſiderio que oīa tranſeunt cū mūdo. Munit parū locus ſi deeſt ſpūs feruoris. Nec diu ſtabit pax illa q̄ſita forinſecus ſi vacat a vero fundamēto ſtatus cordis. Ḣ eſt niſi ſteteris in me pmutare te poteris ſ nō meliorare Nā occaſiōe orta ⁊ accepta iuenies qd fugiſti ⁊ amplius.

Orō p purgatōe cordis ⁊ celeſti ſapia. Capitulum. xxxij.

Confirma me deus p gratiam ſctiſpūs da ꝟtutē corroborari in interiori hoīe ⁊ cor meū ab oī inutili ſollicitudine ⁊ angore euacuare nec varijs deſiderijs trahi cuiuſcūq; rei vilis aut p̄cioſe. ſ oīa inſpicere ſicut tranſeuntia ⁊ me piter cū illis tranſiturum. q: nihil pmanens ſub ſole. niſi oīa vanitas ⁊ afflictio ſpūs. O q̄ ſapiens qui ita ꝯſiderat. Da mihi dn̄e celeſtē ſapientiā vt diſcā te ſup omnia querere ⁊ iuenire. ſup oīa ſape ⁊ diligere. ⁊ cetera ſm ordinē ſapientie tue, put ſunt intelligere. Da prudenter declinare blandientem ⁊ pacienter ferre aduerſantē. q: hec magna ſapientia nō moueri omi vento ꝟboꝝ nec aurē male blandienti p̄bere ſyreni. ſic em̄ incepta pgitur via ſecure.

Contra linguas obtrectatoꝝ. Capitulum. xxxiij.

Fili non egre feras ſi quidam de te male ſenſerint ⁊ dixerint qd nō libenter audias Tu deteriora de teipo ſentire debes ⁊ neminē infirmiorē te credere. Si ambulas abintra: non multū ponderabis volantia verba. Eſt nō parua prudentia ſilere in tpe malo et introrſus ad me ꝯuerti nec humano iudicio diſturbari. Nō ſit pax tua in ore hoim. ſiue em̄ bn̄ ſiue male interp̄tati fuerint. nō es igit alter hō. Ubi eſt vera pax ⁊ vera glia. Nōne in me. Et qui nō appetit hoībus placere nec diſplicere timet multa pfruetur pace. Ex inordinato amore ⁊ vano timore orit omnis inquietudo cor-

dis ⁊ diſtractio ſenſuum.

Qualiter inſtante tribulatione deus inuocandus eſt ⁊ benedicendus. Capitulum.xxxiiij.

SIt nomē tuū domine benedictū in ſecula qui voluiſti hanc tēptatōez ⁊ tribulationē venire ſuꝑ me. Non poſſū eā effugere. ẜ neceſſe habeo ad te ꝯfugere vt me adiuues. et in bonum mihi ꝯuertas. Dñe modo ſum in tribulatōe ⁊ nō eſt cordi meo bene ẜ multum vexor a pn̄ti paſſione. Et nūc pater dilecte q̇d dicā. Depꝛehenſus ſum inter anguſtias ſaluifica me ex hora hac. Sed ꝓpterea veni in hanc horā vt tu clarificeris cū fuero valde humiliatus ⁊ ꝑ te liberatus. Cōplaceat tibi dñe vt eruas me. nā ego pauꝑ q̇d agere poſſum: et quo ibo ſine te. Da pacientiā dñe etiam hac vice. Adiuua me deus meus. ⁊ nō timebo q̄ntūcunq̃ grauatus fuero. Et nūc inter hec quid dicā. Dñe fiat volūtas tua ego bene merui tribulari ⁊ grauari. opoꝛtet vtiq̃ vt ſuſtineā ⁊ vtinā pacienter donec tranſeat tempeſtas ⁊ melius fiat. Potens eſt aūt oīpotens manus tua etiā hanc temptatōem a me auferre ⁊ eiꝰ impetū mitigare ne penitus ſuccumbā: quēadmodū ⁊ prius ſepe egiſti mecum deus meus miſcdia mea. Et q̄to mihi difficilius: tanto tibi facilioꝛ eſt hec mutatio dextre excelſi.

De diuio petēdo auxilio ⁊ ꝯfidētia recuꝑande grē. Ca.xxxv

FIli ego dn̄s cōfoꝛtans in die tribulatōis. Venias ad me cum tibi non fuerit bene. Hoc eſt qđ maxime impedit ꝯſolationē celeſtē. qꝛ tardius cōuertis te ad oꝛonem. Nam anteq̄ me intente roges multa interī ſolatia queris ⁊ recreas te in externis. Ideoq̃ fit vt parum oīa ꝓſint donec aduertas. qꝛ ego ſū q̇ eruo ſperantes in me. nec eſt extra me valēs auxiliū neq̃ vtile ꝯſiliū. ẜ neq̃ durabile remediū. Sed iā reſumpto ſpū pꝰ tēpeſtatē recōualeſce in luce mi-

ſerationū meaꝝ. quia ꝓpe ſuꝫ dicit dn̄s. vt reſtaurē vniuerſa nō
ſolū integre ſ; ⁊ abūdant̄ ⁊ꝯcumulate. Nunq̄d mihi q̄cꝗ̄ eſt diffi-
cile: aut ero ſil'is dicēti; ⁊ nō facienti. Ubi eſt fides tua. Sta firmi
ter ⁊ ꝑſeuerant̄. Eſto lōganimis ⁊ vir fort̄. veniet tibi ꝯſolatio in
tp̄e ſuo. Expecta me expecta. veniā ⁊ curabo te. Tēptatio ē q̄ te
vexat. ⁊ formido vana q̄ te exterret. Quid importat ſollicitudo
de futuris ꝯtingētibꝰ niſi vt triſticiā ſup̄ triſticiā habeas. Suffi-
cit diei malicia ſua. Uanū ē ⁊ inutile de futuris ꝯturbari vl̄ gratu-
lari q̄ forte nūꝗ̄ euenient. Sꝫ hūanū ē hmōi imaginatōibꝰ illudi: ⁊
parui adhuc aīi ſignū tā leuit̄ trahi a ſuggeſtiōe inimici. Ipſe em̄
nō curat an veris an falſis illudat ⁊ decipiat. ⁊ vtrū p̄ntiū amore
vl̄ futuroꝝ formidine ꝓſternat. Non ḡ turbet̄ cor tuū neq; formi-
det. Crede ī me. ⁊ ī miſcdia mea habeto fiduciā. Qñ tu te elonga
tū eſtimas a me: ſepe ſū ꝓpiquior. Qñ tu eſtimas totū ꝑditū: tūc
ſepe magꝭ merēdi inſtat lucrū. Nō ē totū ꝑditū qñ res accidit ī ꝯ-
triū. Nō debes iudicare ſm̄ p̄ns ſentire. nec ſic grauitati alicui vnde
cūq; venienti īherere ⁊ accipe tāꝗ̄ oīs ſpes ſit ablata emergendi.
Noli putare te derelictū ex toto q̄uis ad tp̄s miſerim tibi aliquā
tribulatōeꝫ. vl̄ etiā optatā ſubtraxerim ꝯſolatōeꝫ. ſic em̄ tranſit̄
ad regnū celoꝝ. Et h̄ ſine dubio magꝭ expedit tibi ⁊ ceteris ſ̄uis
meis vt exercitemi aduerſis. q̄ ſi cūcta ad libitum haberet̄. Ego
noui cogitatōes abſcōditas. q2 mltū expedit ꝓ ſalute tua vt int̄-
dū ſine ſapore relinq̄ris. ne forte eleueriſ ī bono ſucceſſu. ⁊ tibiꝑi
placere veliſ ī eo qd̄ nō es. Qd̄ dedi auferre poſſū: ⁊ reſtituere cū
mihi placuerit. Cū dedero meū ē. cū ſubtraxero tuū nō tuli. q2 me
uꝫ eſt oē datū bonū ⁊ oē donū ꝑfectū. Si tibi admiſero grauitateꝫ
aut q̄lib; ꝯrietatē nō indigneris neq; ꝯcidat cor tuū. ⁊ ego cito
ſubleuare poſſū. ⁊ oē onꝰ ī gaudiū trāſmutare. Uerūtñ iuſtus ſuꝫ
⁊ recōmendabilis mltū cum ſic facio tecū. Si recte ſapis ⁊ in ve
ritate aſpicis. nūꝗ̄ debes ꝓpter aduerſa tā deiecte cōtriſtari: ſ;
magꝭ gaudere ⁊ grās agere. imo h̄ vnicū reputare gaudiū q̄ affli
gēs te doloribꝰ nō parco tibi. Sic dilexit me pr̄ ego diligo vos di
xi dilect̄ diſcipulis meis. quos vtiq; nō miſi ad gaudia tēpalia ſ;
ad magna certamia. nō ad honores ſ; ad deſpectōes. nō ad ociū
ſ; ad labores. nō ad requiē ſ; ad afferendū fructū multū in patiē-
tia. Voꝝ memento fili mi verborum.

## De neglectu oīs creature vt creatoꝛ poſſit inueniri. Ca. xxxi.

Domine mi adhuc bñ indigeo maioꝛi gr̃a ſi debeā illuc ꝑuenire vbi me nemo poterit nec vlla creatura impedire. Nā ꝙdiu res aliq̄ me retinet nō poſſuꝫ libere ad te volare. Cupiebat libere volare q̄ dicebat. Quis dabit mihi pennas ſicͭ colūbe ⁊ volabo ⁊ requieſcam. Quid ſimplici oculo quieti⁹. ⁊ q̄d liberi⁹ nil deſiderāti in terris. Opoꝛtet igit̄ oēs ꝑtranſire creaturā: ⁊ ſeipm̄ ꝑfecte deſerere ac in exceſſu mentis ſtare. ⁊ videre te oīm ꝯditoꝛē cū creaturis nil ſile habere. Et niſi q̄s ab oībus creaturis fuerit expeditus nō poterit libere intēdere diuinis. Ideo em̄ pauci iueniunt̄ ꝯtemplatiui q: pauci ſciūt ſe a ꝑituris creaturis ad plenuꝫ ſequeſtrari. Ad h̄ magna requirit̄ gr̃a q̄ aniam leuet ⁊ ſupra ſeipam rapiat. Et niſi hō ſit in ſpū eleuatus: ⁊ ab oībus creaturis liberatus ac deo totus vnitus q̄cquid ſcit quicq̄d etiā habet nō eſt magni pōderis. Diu paruus erit ⁊ in terra iacebit qui aliquid magni eſtimat niſi ſolū vnū imenſum eternū bonū. Et quicq̄d deus nō eſt nihil eſt. ⁊ ꝓ nihilo ꝯputari debet. Eſt q̄ppe magna differentia ſapientia illuminati et deuoti viri ⁊ ſcientia lr̃ati ⁊ ſtudioſi clerici. Multo nobilioꝛ eſt illa doctrina q̄ deſurſū ex diuina influentia manat. ꝙ que laboꝛioſe humano acq̄rit̄ ingenio. Plures repiunt̄ ꝯtemplationē deſiderare. ſ; que ad eā requirunt̄ nō ſtudent exercere. Eſt ⁊ magnū impedimentū: quia in ſignis ⁊ in rebus ſenſibilib⁹ ſtatur ⁊ parum de ꝑfecta moꝛtificatōne habet̄. Neſcio q̄d eſt ⁊ quo ſpiritu ducimur ⁊ quid ꝑtendimus q̄ ſpūales dici videmur ꝙ totuꝫ laboꝛem ⁊ amplioꝛē ſollicitudinē ꝓ tranſitoꝛijs et vilibus rebus agimus: ⁊ de interioꝛib⁹ noſtris vix raro plene recollectis ſenſib⁹ cogitamus. Probdoloꝛ ſtatim poſt modicā recollectōnem foras erumpim⁹ nec opa nr̃a diſtricta examinatōe trutinamus. Ubi iacent affectus noſtri non attendimus: ⁊ ꝙ impura ſint oīa noſtra non deploꝛamus. Oīs q̄ppe caro coꝛrupat viam ſuam ⁊ ideo ſequebat̄ diluuiū magnū. Cum ergo interioꝛ affectus noſter coꝛruptus ſit: neceſſe eſt vt actio ſequens index carētie interioꝛis vigoꝛis coꝛrumpat̄. Ex puro coꝛde ꝓcedit fructus bone vite. Quā

tum quis fecerit querit̃. ſed ex q̃ta virtute agit non tam ſtudioſe
penſat̃. Si fuerit fortis. diues. pulcer. habilis vl̃ bonus ſcriptoꝛ
bonus cantoꝛ. bonus laboratoꝛ inueſtigat̃. q̃ paup ſit ſpū. q̃ pa
tiens ⁊ mitis. q̃ deuotus ⁊ internus a mult̃ tacet̃ Natura exteri-
oꝛa hoīs reſpicit. gr̃a ad interioꝛa ſe ꝯuertit. Illa frequenter fal
lit̃, iſta in deo ſperat vt non decipiatur:

### De abnegatōne ſui ⁊ abdicatōne oīs cupiditat̃. Ca. xxxvij

FIli non potes ꝑfecte poſſide
re libertatē niſi totaliter abneges temetipm̄. Cōpedi-
ti ſunt oēs ꝓprietarij ⁊ ſuipſius amatores cupidi. cu
rioſi girouagi. querētes ſp̄ mollia. n̄ q̄ iheſu xp̄i. ſ ſepe h̃ fingētes
⁊ ꝯponētes qđ n̄ ſtabit. Peribit em̄ totū qđ nō ē ex deo ortū. Te
ne breue ⁊ ꝯſūmatū vbū. Dimitte oīa ⁊ īuenies oīa Dimitte cupi
ditatē ⁊ inuenies requiem. Hoc mente ptracta. ⁊ cū impleueris
oīa intelliges. Dn̄e h̃ nō eſt opus vni9 diei nec ludus puuloꝝ. im
mo ī h̃ breui includit̃ oīs ꝑfectio religioſoꝝ. Fili nō debes auer-
ti nec ſtatim deijci audita via ꝑfectoꝝ. ſ magꝭ ad ſublimioꝛa pro
uocari ⁊ ad min9 ad hec ex deſiderio ſuſpirare. Utinā ſic tecū eēt
⁊ ad hoc ꝑueniſſes. vt tuipſius amatoꝛ nō eſſes. ſ ad nutū meū
pure ſtares. ⁊ eius quē tibi ꝓpoſui pr̄is tunc mihi valde placeres
⁊ tota vita tua cū gaudio ⁊ pace tranſiret. Habes adhuc multa
ad relinquēdū. que niſi mihi ex integro reſignaueris nō acq̄res qđ
poſtulas Suadeo tibi a me emere aurū ignitū vt locuples fias. i.
ſapiētiā celeſtē oīa infima ꝯculcantē. Poſtpone terrenā ſapiēti-
am. oēm humanā cōplacentiā ⁊ ꝓpriam. Dixi tibi viliora emen-
da ꝓ precioſis ⁊ altis in rebus humanis. Nam valde vilis et par
ua ac pene obliuioni tradita videt̃ vera celeſtis ſapientia. nō ſa-
piens alta de ſe nec magnificari querens in terra. quā multi oꝛe-
tenus predicant. ſed vita longe diſſentiunt. ipſa tamē eſt precio-
ſa margarita a multis abſcondita.

### De inſtabilitate coꝛdis ⁊ de intentione finali ad deum haben da. Capitulum. xxxviij.

Fili noli credere affectui tuo q̄ nūc eſt. cito mutabitur in aliud. Quamdiu em̄ vixer̄ mutabilitati ſubiect⁹ eris. etiā nolens. vt modo letus modo triſtis. mō pacatus. mō turbatus. nūc deuot⁹. nūc indeuotus. nūc ſtudioſus. nūc accidioſus. nūc grauis. nūc leuis inueniaris. Sed ſtat ſup̱ h̄ mutabilia ſapiēs ⁊ bn̄ doctus in ſpū: nō attēdens q̄d in ſe ſentiat: vel q̄ pte flet ventus inſtabilitat̄. h̄ vt tota intentio mentis eius ad debitū ⁊ ad optimū ꝓficiat finē. Nā ſic poterit vn⁹ ⁊ idem incōcuſſus pmanere. ſimplici intētōis oculo p̱ tot varios euentus ad me impͤtermiſſe directo. Quāto aūt puri or fuerit intentōis oculus tanto ꝯſtantius inter diuerſas itur ꝓcellas. Sed in multis caligat oculus pure intentōis. reſpicit em̄ cito in aliq̄d delectabile q̄d occurrit: ⁊ raro totus liber q̄s inuenit a neuo ꝓprie exq̄ſitōis. Sic iudei olim venerāt in bethaniā ad martham ⁊ mariā. nō ꝓpter ihm tm̄ h̄ vt lazaꝝ viderent. Mūdandus eſt ergo intētōis oculus vt ſit ſimplex ⁊ rectus atq̄ vltra omnia varia media ad me dirigendus.

Q̄ amāti ſapit deus ſup oīa ⁊ in oīb⁹. Capitulū. xxxiv.

Ecce deus me⁹ et oīa. Quid volo amplius. ⁊ quid felicius deſiderare poſſum. O ſapidū ⁊ dulce verbū. ſed amanti vbū nō mūdū nec ea q̄ in mūdo ſunt. Deus meus ⁊ oīa. Intelligenti ſatis dictū eſt ⁊ ſepe repetere iocundū eſt amanti. Te ſiquidē p̄nte iocūda ſūt oīa. te aūt abſente faſtidiūt cūcta. Tu facis coꝛ tranquillū. ⁊ pacē magnā leticiāq̄ feſtiuā. Tu facis bene ſentire de oībus. ⁊ in oībus te laudare. nec poteſt aliq̄d ſine te diu placere: h̄ ſi debet gratum eſſe ⁊ bene ſape opoꝛtet grām tuā adeſſe ⁊ ꝯdimento tue ſapientie ꝯdiri. Cui tu ſapis q̄d ei recte nō ſapiet: ⁊ cui tu non ſapis q̄d ei ad iocunditatem eſſe poterit. Sed deficiunt in tua ſapientia mundi ſapientes ⁊ qui carnem ſapiunt quia ibi p̱lima vanitas ⁊ hic moꝛs inuenit̄. Qui aūt te p̱ ꝯtēptū mūdanoꝝ ⁊ carnis moꝛtificatōnem ſequunt̄ vere ſapientes eſſe cognoſcunt̄. q: de vanita

te ad veritatem: de carne ad ſpiritū transferunt. Iſtis ſapit deus ⁊ quicq̄d inueniūt in creaturis totū referunt ad laudē ſui conditoris. Diſſimilis tn̄ ⁊ multū diſſimilis ſapor creatoris ⁊ creature. eternitatis ⁊ temporis. lucis increate ⁊ lucis illuminate. O lux ꝑpetua cuncta creata tranſcendens lumina. fulgura choruſcationem de ſublimi: penetrantē omīa intima cordis mei. purifica. letifica. clarifica ⁊ viuifica ſpiritū meum cum ſuis potentijs ad inherendū tibi iubiloſis exceſſibus. O quando veniet h̄ beata ⁊ deſiderabilis hora vt tua me ſaties preſentia: ⁊ ſis mihi oīa in oib⁹. Quādiu hoc datū non fuerit nec plenū gaudiū erit. Adhuc ꝓh dolor viuit in me vetus homo. nō eſt totus crucifixus. non eſt ꝑfecte mortu⁹. Adhuc ꝯcupiſcit fortiter aduerſus ſpiritū bella mouent inteſtina nec regnū anime patiť eſſe quietum. Sed tu q̄ dominaris poteſtati maris. ⁊ motū fluctuum eius tu mitigas exurge adiuua me. Diſſipa gentes que bella volūt. ꝯtere eas in virtute tua. oſtende queſo magnalia tua ⁊ glorificetur dextera tua. quia non eſt ſpes alia nec refugium mihi niſi in te domine deus meus.

## Qđ nō ē ſecuritas a temptatōe in hac vita. Capitulū. xl.

FIli nūq̄ ſecurus es in hac vita. ſed quo ad vixeris ſp arma ſpūalia ſūt tibi neceſſaria. Int̄ hoſtes v̄ſaris. a dextris ⁊ a ſiniſtris impugnaris. Si ḡ nō vteris vndiq̄ ſcuto pacientie nō eris diu ſine vulnere. Inſup ſi nō ponis cor tuū fixe in me cum mera voluntate cuncta patiendi ꝓpter me. nō poteris ardorem iſtuẓ ſuſtinere. nec ad palmā ꝑtingere btōꝝ. Oꝑtet te ḡ viriliter omnia ptrāſire. ⁊ potēti manu vti aduerſus obiecta. Nā vincenti dať manna ⁊ torpenti relinquiť multa miſeria. Si queris in hac vita requiem. quō tūc ꝑuenies ad eternā. Nō ponas te ad multā requiē ſ ad magnā pacientiā. Quere verā pacē nō ī terris ſ in celis. nō ī hoib⁹ nec in ceteris creaturis: ſed in deo ſolo. Pro amore dei debes omnia libēter ſubire. labores ſcilicet et dolores. temptationes. vexationes. anxietates. neceſſitates. infirmitates iniurias. oblocutiones. re-

prehenſiones.humiliatões.cõfuſiones.correctõnes ⁊ deſpecti-
ones.Hec iuuãt ad virtutes.hec ꝓbant xp̄i tyronem.hec fabri-
cant celeſtẽ coronã.Ego reddam ei eternam mercedem ꝓ breui
labore.⁊ infinitam gloriam pro tranſitoria cõfuſione.Putas ꝙ
ſemper habebis pro tua volũtate conſolatões ſpirituales.San-
cti mei non habuerũt tales.ſed multas grauitates ⁊ temptatio-
nes varias:magnaſq; deſolatõnes.ſed pacienter ſuſtinuerunt ſe
in omnibus ⁊ magis ſunt confiſi deo q̃ ſibi:ſcientes quia nõ ſũt
condigne paſſiones huius temporis ad futuram gloriam prome
rendam.Uis tu ſtatim habere ꝙ multi poſt lachrymas et ma-
gnos labores vix obtinuerũt.Expecta dñm viriliter age ⁊ cõfor
tare.noli diffidere.noli diſcedere.ſ; corpꝰ ⁊ aïaꝫ expone ꝯſtanter
pro gloria dei.Ego reddam pleniſſime.Ego tecum ero in omni
tribulatione.

## Contra vana hominũ iudicia. Capitulũ.xli.

# Fili iacta cor tuũ firmiter ĩ do

mino.⁊ hũanũ ne metuas iudiciũ.vbi te ꝯſcia piũ
reddit ⁊ inſontẽ.Bonũ ẽ ⁊ btm̃ talit̃ pati.nec h̃ erit g̃
ue hũili cordi ⁊ deo magꝭ q̃ ſibiipi ꝯfidẽti.Multi mlta loquunt̃.⁊
iõ ꝑua fides ẽ adhibẽda Sꝫ ⁊ oïbꝰ ſatꝭ eẽ nõ ẽ poſſibile.Et ſi pau
lus oïbꝰ ſtuduit ĩ dño placere ⁊ oïbꝰ oïa factꝰ ẽ.tñ etiã ꝓ minimo
duxit ꝙ ab hũano die iudicatꝰ fuerit.Egit ſatis ꝓ alioꝝ edifica-
tõe ⁊ ſalute inq̃tũ in ſe erat ⁊ poterat.ſ; ne ab alijs aliqñ iudica-
ret̃ vł nõ deſpiceret̃ cohibere nõ potuit.iõ totũ deo cõmiſit q̇ to-
tũ nouerat.⁊ patiã ⁊ hũilitate ꝯ̃ ora loq̃ntiũ iniq̃ ac etiã vana ac
mẽdoſa cogitãtiũ atq; ꝓ libitu ſuo q̇q; iactãtiũ ſe defẽdit Rñdit
tñ intdũ:ne ĩfirmis ex ſua taciturnitate gñaret̃ ſcãdalũ.Quis tu
vt timeas a mortali hoïe iudicari.Hodie ẽ ⁊ cras nõ cõparet.De
um time ⁊ hoïm terrores nõ expaueſces.Quid põt aliq̇s in verꝰ-
bis aut iniurijs.Sibi potiꝰ nocet q̃ tibi.nec poterit iudiciũ dei ef
fugere quicũq; eſt ille.tu habe deũ p̄ oculis.⁊ noli cõtendere ver
bis querulosis.ꝙ ſi ad p̄ſens videris ſuccũbiꝛ ꝯfuſionẽ pati quã
non meruiſti ne indigneris ex hoc:neq; per impacientiam minu-

as coronam tuam.ſed ad me potius reſpice in celum:q̄ potens ſū eripe ab oī ꝯfuſiōe ⁊ iniuria ⁊ vnicuiqꝫ reddere ſm opa ſua.

De pura ⁊ integra reſignatōne ſui ad obtinendam cordis libertatem. Capitulum.xlij.

FIli relinque te et inuenies me Sta ſine electōe ⁊ oī ꝓprietate ⁊ ſp lucraberis. Nam ⁊ adijciet tibi amplior grā: ſtatim vt te reſignaueris nec reſūpſeris. Dn̄e quotiēs me reſignabo. ⁊ in q̄bus me relinquā Semp ⁊ in oī hora ſicut in paruo ſic ⁊ in magno. nihil excipio ſed in oībus te nudatū iueniri volo. Alioq̄n quō poteris eſſe meus ⁊ ego tuꝰ niſi fueris ab omī ꝓpria volūtate intus ⁊ foris ſpoliatus Quanto celerius h̄ agis tāto meliꝰ habebis. ⁊ q̄nto pleniꝰ ⁊ ſincerius tanto plus mihi placebis ⁊ ampliꝰ lucraberis. Quidā ſe reſignāt ſ; cū aliq̄ exceptōne. Nō eñ plene deo ꝯfidūt. ideo ꝓuidere ſibi ſatagunt. Quidā etiā primo totū offerūt. ſ; poſtea tēptatione pulſante ad ꝓpria redeūt. ideo minime in v̄tute proficiunt Hi ad verā puri cordis lībtatē ⁊ iocūde familiaritatꝫ mee grāꝫ nō ptingent niſi integra reſignatōe ⁊ quotidiana ſui imolatōe prius facta: ſine q̄ nō ſtat nec ſtabit vnio fruitiua. Dixi tibi ſepiſſime ⁊ nūc iterū dico. Relinque te: reſigna te: ⁊ frueris magna intna pace. Da totū ꝓ toto: nil exq̄re: nil repete: ſta pure ⁊ inheſitanter in me ⁊ habebis me. Eris liber in corde ⁊ tenebre nō cōculcabunt te. Ad hoc conare: h̄ ora. hoc ſtude deſiderare vt ab oī ꝓprietate poſſis expoliari. ⁊ nudus nudū ihm̄ ſequi. tibi mori. ⁊ mihi eternaliter viuere. Tūc deficiēt oēs vane fantaſie. ꝯturbatiōes iniq̄ ⁊ cure ſupflue. Tunc etiam recedet imoderatus timor. ⁊ inordinatus amor morief.

De bono regimie in extnis ⁊ recurſu ad deū i picul. Ca.xliij

FIli ad iſtud diligenter tendere debes. vt in omni loco actione ſeu occupatōe externa

ſis interius liber ⁊ tui ipſius potens: ⁊ ſint omnia ſub te ⁊ tu nō ſub eis. vt ſis dn̄s actionū tuaꝝ ⁊ rector. non ſeruus nec emptici us. ſ3 magis exemptus: veruſq; hebreus in ſortē ac libertatē trā‐ ſiens filioꝝ dei q̇ ſtant ſup p̄ntia ⁊ ſpeculant̄ eterna. q̇ trāſitoria intuent̄ ſiniſtro oculo ⁊ dextro celeſtia. quos tp̄alia nō trahūt ad inherendū. ſed trahūt ipi ea magis ad bene ſeruiendū ꝓut ordina‐ ta ſūt a deo: ⁊ inſtituta a ſūmo opifice. q̇ nil inordinatū reliquit ī ſua creatura. Si etiā in omni euentu ſtas nō in apparentia exter na. nec oculo carnali luſtras viſa vel audita: ſed mox in q̄lib3 cau ſa intras cū moyſe in tabernaculū ad cōſulendū dn̄m. audies nō nunq̄ diuinū reſponſū ⁊ redies inſtructus de multis p̄ntibus ⁊ futuris. Semp em̄ moyſes recurſū habuit ad tabernaculū ꝓ du bijs ⁊ queſtōib⁹ ſoluēdis. fugitq; ad orōnis adiutoriū ꝓ piculis ⁊ improbitatibus hoim ſubleuandis. ſic ⁊ tu. ꝯfugere debes in cordis tui ſecretariū: diuinū intenſius implorādo ſuffragiū. Pro‐ pterea nāq; ioſue ⁊ filij iſrael a gabaonitis legunt̄ decepti. q2 os dn̄i nō prius interrogauerūt ſ3 nimiū creduli dulcibus ſermonib⁹ falſa pietate deluſi ſunt.

Q̄d homo nō ſit importunus in negocijs. Capi. xliiij.

FIli cōmitte mihi ſemp cauſā tuā. et ego bene diſponā in tp̄e ſuo. Expecta ordina‐ tionē meā. ⁊ ſenties inde ꝓfectu3. Dn̄e ſatis libenter oēs res tibi cōmitto: q2 parū pōt cogitatio mea ꝓficere. Utina3 nō multū adhererē futuris euentibus ſed ad beneplacitū tuum me incūctant̄ offerrē. Fili mi ſepe hō rē aliq̄ agitat quā deſiderat ſ3 cū ad eā ꝑuenerit alit̄ incipit ſentire. q2 affectōnes circa idē non ſūt durabiles. ſ3 magis de vno in aliud nos impellūt. Nō eſt g̊ mini‐ mū etiā in minimis ſe relinq̄re. Uerus ꝓfectus hoīs ē abnegatō ſuiipſius. ⁊ hō abnegat⁹ valde liber ē ⁊ ſecurus. S3 antiqu⁹ hoſtis oībus bonis aduerſans a tēptatōe nō ceſſat: ⁊ die noctuq; gra‐ ues molit̄ inſidias. ſi forte in laqueū deceptionis poſſit ꝑcipita‐ re incautū. Uigilate ergo ⁊ orate dicit dominus, vt non intretis in temptationem.

Q͞d hō nihil boni ex ſe habet ⁊ de nullo gloriari pt. Ca. xlv.

Domine quid eſt homo q̄ me
mor es eius aut filius hominis quia viſitas eū Quid
ꝓmeruit homo vt dares illi gratiam tuam. D͞ne quid
poſſum conqueri ſi deſeris me. aut quid iuſte obtendere poſſum
ſi quod peto non feceris. Certe hoc in veritate cogitare poſſum
⁊ dicere. Domine nihil ſum. nihil boni ex me habeo: ſed in omni
bus deficio ⁊ ad nihil ſemper tendo. Et niſi a te fuero adiutus ⁊
interius informatus totus efficior tepidus ⁊ diſſolutus. Tu aūt
d͞ne ſemper idem ipſe es ⁊ ꝑmanes ineternum. ſemper bonus iu
ſtus ⁊ ſanctus. bene iuſte ⁊ ſancte agens omnia ⁊ diſponens in
ſapientia. Sed ego qui ad defectū magis pronus ſum q̄ ad ꝑfe
ctuꝫ non ſum ſemꝑ in vno ſtatu ꝑdurans: quia ſeptē tempora mu
tant̄ ſuꝑ me. Ueruntamen cito melius fit cum tibi placuerit et
manum porrexeris adiutricem. quia tu ſolus ſine humano ſuffra
gio poteris auxiliari. et intantū confirmare vt vultus meus am-
plius in diuerſa nō mutet̄. ſed in te vno cor meuꝫ conuertat̄ ⁊ qui
eſcat. Unde ſi bene ſcirem omnem humanā conſolationeꝫ abijce
re ſiue ꝓpter deuotōnem adipiſcendam ſiue ꝓpter neceſſitatem
qua compellor te querere. quia non eſt homo qui me conſoletur.
tūc merito poſſem de grā ſperare tua ⁊ de dono noue ꝯſolatiōis
exultare. Grās tibi vn̄ totū venit: quotiēſcūq; mihi bn̄ ſuccedit.
Ego aūt vanitas ⁊ nihilū an̄ te incōſtās hō ⁊ infirmus. Un̄ ergo
poſſū gl'iari aut cur appeto reputari. Nūq̄d de nihilo. ⁊ hoc va-
niſſimum eſt. Uere inanis gloria mala peſtis. vanitas maxima.
quia a vera trahit a gloria et celeſti ſpoliat gratia. Dum enim ho
mo complacet ſibi diſplicet tibi: dum inhiat laudibus humanis
priuatur veris virtutibus. Eſt autem vera gloria et exultatio
ſancta gloriari in te et non in ſe. gaudere in nomine tuo non in
virtute propria. nec in aliqua creatura delectari niſi propter te.
Laudetur nomen tuum non meum. magnificetur opus tuum nō
meum. benedicatur nomen ſanctum tuum. nihil autem attribua
tur mihi de laudibus hominū. Tu gl'ia mea. tu exultatio cordis
mei. In te gloriabor ⁊ exultabo tota die. pro me autem nihil ni-

ſi in infirmitatibus meis. Querant iudei gloriã que ab inuicẽ eſt ego hanc requirã que a ſolo deo eſt. Omnis quidẽ gloria huma- na. oĩs honor tpalis. oĩs altitudo mũdana eterne glorie tue cõ pata vanitas eſt ⁊ ſtulticia. O veritas mea ⁊ miſcdia mea deus meus trinitas btã. tibi ſoli laus honor virtus ⁊ glĩa p infinita ſe culorum ſecula. Amen.

De contemptu oĩs temporalis honoris. Capitulũ. xlvi.

Fili noli tibi attrahere ſi vide as alios honorari ⁊ eleuari. te aũt deſpici ⁊ humilia- ri. Erige cor tuũ ad me in celũ. et nõ ↄtriſtabit te con temptus hoĩs in terris. Dñe in cecitate ſumus ⁊ vanitate cito ſe ducimur. Si recte me inſpicio nunꝙ mihi facta eſt iniuria ab ali- qua creatura. vnde nec iuſte habeo conqueri aduerſum te. Quia aũt frequenter ⁊ grauiter peccaui tibi merito armat ↄtra me oĩs creatura. Mihi igit iuſte debet ↄfuſio ⁊ contemptus tibi autem laus honor ⁊ glĩa. Et niſi me ad h preparauero ꝙ velim libenter ab oĩ creatura deſpici ⁊ relinqui atq penitus nihil videri. nõ poſ ſũ interius pacificari ⁊ ſtabiliri. nec ſpiritualiter illuminari. neq plene tibi vniri.

Qđ pax nõ eſt ponenda in hominibus. Capitulũ. xlvij.

Fili ſi ponis pacem tuã cũ ali- qua perſona ꝑpter tuum ſentire ⁊ ↄuiuere inſtabilis eris ⁊ impacatus. Sed ſi recurſũ habes ad ſp viuen- tem ⁊ manentẽ veritatẽ nõ ↄtriſtabit te amicus recedẽs aut mo riens. In me debet amici dilectio ſtare. ⁊ ꝑpter me diligendus eſt q̃ſquis tibi bonus viſus eſt ⁊ multũ charus in hac vita. Sine me nõ valet nec durabit amicicia. nec eſt vera ⁊ munda dilectio. quã ego nõ copulo. Ita mortuus deberes eſſe talib⁹ affectioni- bus dilectorꝫ hoĩm. vt q̃tũ ad te ptinet ſine oĩ humano optares eſſe ↄſortio. Tanto hõ deo magis appropinquat q̃to ab oĩni ſo-

latio terreno longius recedit. Tanto etiã altius aſcendit ad deũ q̃to ꝓfundius in ſe deſcẽdit. ⁊ plus ſibi ipſi vileſcit. Qui aũt aliquid boni ſibi attribuit grãm dei in ſe venire impedit. qꝛ gr̃a ſpiritusſcti coꝛ hũile ſꝑ querit. Si ſcires te ꝑfecte annihilare. atq; ab oi creato amoꝛe euacuare. tũc deberẽ in te cũ magna gr̃a emanare. Sed quando tu reſpicis ad creaturas ſubtrahit̃ tibi aſpectus creatoꝛis. Diſce te in oĩbus ꝓpter creatoꝛẽ vincere. tũc ad diuinam valebis cognitõem ꝑtingere. Quantũcũq; modicũ ſit ſi inoꝛdinate diligit̃ ⁊ reſpicit̃ retardat a ſũmo bono ⁊ viciat.

## Contra vanam ⁊ ſecularem ſcientiam. Capitulum. xlviij.

FIli non moueant te pulcra et ſubtilia dicta hoim. Non eñ eſt regnum dei in ſermone ſed in virtute. Attende verba mea que coꝛda accendunt ⁊ mentes illuminãt. inducunt cõpunctões: ⁊ variã ingerũt ꝯſolationẽ. Nunq̃ ad hoc legas v̈bũ vt doctioꝛ aut ſapiẽtioꝛ poſſis videri. ſed ſtude moꝛtificatõem vicioꝝ. quia hoc amplius tibi ꝓderit q̃ noticia multaꝝ difficiliũ queſtionũ. Cum multa legeris ⁊ cognoueris. ad vnũ tñ opoꝛtet venire principiũ. Ego ſuꝫ q̃ doceo hoieꝫ ſcientiam ⁊ clarioꝛẽ intelligentiã paruulis tribuo q̃ ab homine poſſit doceri. Cui ego loquoꝛ cito ſapiens erit ⁊ multũ in ſpiritu ꝓficiet. Ve illis q̃ multa curioſa ab hoibus inq̃rũt. ⁊ de via mihi ſeruiendi paruꝫ curant. Veniet tp̃us qñ apparebit magiſter magiſtroꝝ xp̃s dñs angeloꝝ. cunctoꝝ auditurꝰ lectões hoc eſt ſinguloꝝ examinaturus ꝯſcientias. ⁊ tũc ſcrutabit̃ hieruſalẽ in lucernis: ⁊ manifeſta erũt abſcondita tenebꝛaꝝ. tacebunt q̃ argumenta linguarũ. Ego ſum qui humilẽ in puncto eleuo mẽtem: vt plures eterne veritatis capiat rõnes: q̃ ſi quis decẽ annis ſtuduiſſet in ſcolis. Ego doceo ſine ſtrepitu v̈boꝝ. ſine ꝯfuſione opinionũ. ſine faſtu honoꝛis. ſine pugnatõe argumentoꝛum Ego ſum qui doceo terrena deſpicere. pñtia faſtidire. eterna querere. eterna ſapere. honoꝛes effugere. ſcandala ſufferre. oẽꝫ ſpem in me ponere. extra me nihil cupe. ⁊ ſuꝑ omnia ardenter me amare. Nam quidam amando me intime didicit diuina ⁊ loquebatur

mirabilia. Plus ꝓfecit in relinquendo omnia ꝙ in ſtudendo ſub tilia. Sed alijs loquor cõmunia. alijs ſpecialia. aliq̄bus in ſignis ⁊ figuris dulciter appareo. q̄buſdaʒ ṽo in multo lum̄e reuelo miſteria. Una vox librorum: ſed nõ oẽs eque informat. qꝛ intus ſũ doctor veritat̄. cordis ſcrutator: cogitationũ intellector. actionum ꝓmotor diſtribuens ſingulis ſicut dignũ iudicauero.

De nõ attrahendo ſibi res exteriores. Capitulũ. xlix.

Fili in multis oportet te eẽ inſciũ: ⁊ eſtimare te tanꝙ mortuũ ſup terrã. ⁊ cui totus mundus crucifixus ſit. Multa etiã oportet ſurda aure ptranſire. ⁊ que tue pacis ſunt magis recogitare. Utilius eſt oculos a rebus diſplicentibus auertere ⁊ vnicuiqꝫ ſuũ ſentire relinquere ꝙ ↄtentioſis ſermonibus deſeruire. Si bene ſteteris cũ deo ⁊ eius iudiciũ aſpexeris. facilius te victũ portabis. O dñe quouſqꝫ venimus. Ecce damnũ defle᷑ temporale. ꝓ modico queſtu labora᷑ ⁊ curri᷑. ⁊ ſpũale detrimentũ in obliuionẽ trãſit ⁊ vix ſero redi᷑. Quod paꝝ vel nihil ꝓdeſt attendi᷑. ⁊ ꝙ ſũme neceſſariũ eſt negligenter p̄teritur. quia totus homo ad externa defluit. ⁊ niſi cito reſipiſcat libens. in exterioribus iacet.

Qđ nõ oibꝫ ẽ credẽdũ. ⁊ de facili lapſu ṽboꝝ. Capitulũ. l.

Da mihi auxiliũ dñe de tribulatione: qꝛ vana ſalus hoĩs. Quã ſepe ibi non inueni fidem vbi me habere putaui. quotiens etiam ibi reperi vbi minus preſumpſi. Uana ergo ſpes in hominibus ſalus aũt iuſtoꝝ in te deus. Benedictus ſis dñe deus in oĩbus q̄ accidũt nobis. Infirmi ſumꝫ ⁊ inſtabiles. cito fallimur ⁊ pmutamur. Quis ẽ hõ qui ita caute ⁊ circũſpecte in oĩbus ſe cuſtodire valet: vt aliquando in aliꝙ deceptionẽ vel pplexitatẽ nõ veniat. Sed q̄ in te dñe cõfidit ac ſimplici ex corde querit nõ tã facile labi᷑. Et ſi inciderit in aliꝙ tribulatõneʒ quõcũqꝫ etiam fuerit im-

plicatus citius ꝑ te eruet aut a te consolabitur. quia tu non deseris in te sperantē vsq3 in finem. Rarus fidus amicus in cunctis amici ꝑseuerās ꝑssuris. Tu dñe tu solus es fidelissimus in oībus ⁊ preter te nō est alter talis. O q̄ bene sapuit illa aīa sancta q̄ dixit. mens mea solidata est ⁊ in christo fūdata. Si ita mecū foret. nō tam facile timor human⁹ me sollicitaret. nec verboꝝ iacula mouerent. Quis oīa ꝓuidere. q̄s precauere futura mala sufficit. Si ꝓuisa etiā ledūt sepe. q̄d improuisa nisi grauiter etiā feriunt. S3 quare mihi misero nō melius ꝓuidi. Cur etiā tam facile alijs credidi. Sed hoīes sum⁹ nec aliud q̄ fragiles hoīes sumus. etiam si angeli a multis estimamur ⁊ dicimur. Cui credā dñe. cui credā nisi tibi. Ueritas es que non fallis nec falli potes. Et rursu3. Omnis hō mendax. infirmus. īstabilis ⁊ labilis. maxime in v̄bis. ita vt statim vix credi debeat qđ recte in facie sonare videt᷑. Quā prudenter ꝓmonuisti cauendū ab hoībus. ⁊ q2 inimici hoīs domestici eius. nec credendū si quis dixerit. ecce hic aut ecce illic. Doct⁹ sum damno meo: ⁊ vtinā ad cautelā maiorē. ⁊ nō ad insipientia3 mihi. Cautus esto quidam ait. cautus esto. serua apud te qđ dico. Et dū ego sileo ⁊ absconditum credo. nec ille silere potest qđ silendū petijt. sed statim ꝓdit me ⁊ se ⁊ abijt. Ab huiusmodi fabulis et incautis hominibus ꝓtege me dñe ne in manus eoꝝ incidam nec vnq̄ talia cōmittam. Uerbū verum ⁊ stabile da in os meū ⁊ linguam callidam longe fac a me. Qđ pati nolo oīmode cauere debeo. O q̄ bonum ⁊ pacificum de alijs silere. nec indifferenter omnia credere. nec de facili vlterius effari. paucis seips3 reuelare. te semꝑ inspectorē cordis querere. nec omni vento verborum circūferri. sed omnia intima ⁊ externa ſm tue beneplacitū voluntatis optare perfici. Quā tutum ꝓ conseruatione celestis gratie humanam fugere apparentiā. nec appetere que foris admirationem videtur prebere.. sed ea tota sedulitate sectari que vite emendationem dant ⁊ feruorem. Quā multis nocuit virtus scita ac propere laudata. q̄ sane ꝓfuit gratia silentio seruata in hac fragili vita que tota tēptatio fert᷑ ⁊ militia.

De ꝯfidētia ī deo habēda qñ īsurgūt v̄boꝝ iacula. Capi. li.

**FIli ſta firmiter et ſpera in me**

Quid em̄ ſunt verba niſi verba. Per aerē volant ſꝫ la
pidem non ledunt. Si reus es cogita ꝙ te libenter ve
lis emēdare. Si nihil tibi ꝯſcius es penſa ꝙ velis libenter ꝓ deo
hoc ſuſtinere. Parū ſatis eſt vt vel verba interdū ſuſtineas. qui
necdū fortia verbera tolerare vales. Et quare taꝫ parua tibi ad
cor tranſeūt. niſi q꞉ adhuc carnalis es: ⁊ homīes magiſ ꝙ̄ oportꝫ
attendis. Nam q꞉ deſpici metuis. repͤhendi ꝓ exceſſibus nō vis.
⁊ excuſationū queris vmbracula. Sed inſpice te melius ⁊ agno
ſces q꞉ viuit adhuc in te mundus ⁊ vanus amor placēdi homini
bus. Cum em̄ quaſſari refugis ⁊ cōfundi ꝓ defectibus. conſtat
vtiqꝫ ꝙ nec vere humilis ſis. nec vere mūdo mortuꝰ. nec tibi mū-
dus crucifixus. Sed audi v̾ba mea ⁊ non curabis decē milia ho
minū verba. Ecce ſi cuncta ꝯtra te dicerent̄ que fingi malicioſiſ-
ſime poſſent. q̄d tibi nocerēt ſi oīno trāſire ꝑmitteres nec plus ꝙ̄
feſtucā ꝑpenderes. Nunquid vel vnū capillū tibi extrahere poſ-
ſent. Sed q̄ cor intus nō habet. nec deū pre oculis faciliter v̾bo
mouet̄ vituperatōnis. Qui aūt in me confidit nec ꝓprio iudicio
ſtare appetit. abſqꝫ humano terrore erit. Ego em̄ ſum iudex ⁊ co
gnitor oīm ſecretorū. ego ſcio qualiter res acta eſt. ego iniurian-
tem noui ⁊ ſuſtinentē. a me exijt verbū iſtud. me ꝑmittēte hꝫ acci
dit vt reuelent̄ ex multis cordibus cogitatōnes. Ego reum ⁊ in-
nocentem iudicabo ſed occulto iudicio vtrūqꝫ ante ꝓbare volui
Teſtimoniū hominū ſepe fallit. meū iudiciū veruꝫ eſt. ſtabit ⁊ nō
ſubuertet̄. latet plerūqꝫ ⁊ paucis ad ſingula patet: nunꝙ̄ tamen
errat nec errare poteſt. etiā ſi oculis inſipientiū nō rectū videat̄.
Ad me ergo recurrendū eſt in oī iudicio: nec ꝓprio innitenduꝫ ar
bitrio. Juſtus em̄ nō conturbabit̄ quicq̄d a deo ei accidenit. Eti
am ſi iniuſte aliquid contra eū ꝓlatū fuerit nō multū curabit. Sꝫ
nec vane exultabit ſi ꝑ alios ratōnabil̾r excuſet̄. Penſat nāqꝫ: q꞉
ego ſum ſcrutans corda ⁊ renes. qui non iudico ſꝫm faciem ⁊ hu-
manam apparentiam. Nam ſepe in oculis meis reꝑitur culpabi
le ꝙ hominū iudicio credit̄ laudabile. Domine deus iudex iuſte
fortis ⁊ paciens. qui hominū noſti fragilitatem ⁊ prauitatē: eſto
robur meuꝫ ⁊ tota fiducia mea. Nō em̄ mihi ſufficit ꝯſciētia mea

Tu noſti quod ego non noui. ⁊ ideo in omī reprehenſione me humiliare debui ⁊ mā ſuete ſuſtinere. Ignoſce ḡ mihi ꝓpicius quotiens ſic nō egi: ⁊ dona iterū grām amplioris ſufferentie. Melior eſt em̄ mihi tua copioſa miſericordia ad ꝯſecutōem indulgentie ꝙ̄ mea opinata iuſticia ꝓ defenſiōe latētis ꝯſcientie. Et ſi nihil mihi ꝯſcius ſum: tñ in hoc me iuſtificare nō poſſum. quia r̄mota miſcd̄ia tua nō iuſtificabit̄ in ꝯſpectu tuo oīs viuēs.

## Q̄ oīa grauia ꝓ eterna vita ſūt tolerāda. Capitulū. lij.

FIli non frangant te labores quos aſſumpſiſti ꝓpter me: nec tribulatōes te deijciant vſqueq̄ꝙ: ſꝫ mea ꝓmiſſio in oī euentu te roboret ⁊ conſolet̄. Ego ſufficiēs ſum ad reddendū ſupra omnē modum et menſuraꝫ. Non hic diu laborabis nec ſemꝑ grauaberis doloribꝰ Expecta pauliſꝑ: ⁊ videbis celerem finē malorum. Veniet vna hora qñ ceſſabit oīs labor ⁊ tumultus. Modicū eſt et breue omne qđ tranſit cū tpe. Age ergo qđ agis fideliter. labora in vinea mea. ego ero merces tua. Scribe. lege. canta. geme. tace. ora. ſuſtine viriliter ꝯtraria. digna eſt his oībus ⁊ maioribus p̄lijs vita eterna. veniet pax in die vna que nota eſt dnō: ⁊ erit nō dies neꝙ nox. huiꝰ ſcꝫ tpis. ſed lux ꝑpetua. claritas infinita. pax firma ⁊ requies ſecura. Nō dices tūc. quis me liberabit de carcere mortꝭ huiꝰ: nec clamabis. heu mihi q: incolatus meus ꝓlongatus eſt qm̄ precipitabit̄ mors. ⁊ ſalus erit indefectiua. anxietas nulla. iocunditas btā. ſocietas dulcis ⁊ decora. O ſi vidiſſes ſanctoꝝ in celo coronas ꝑpetuas. ꝙ̄ta ꝙ̄ nunc exultant glīa qui huic mūdo olim ꝯtemptibiles ⁊ q̄ſi vita ipā indigni putabant̄ ꝑfecto te ſtatim humiliares vſꝙ ad terrā: ⁊ affectares potius oībus ſubeſſe ꝙ̄ vni p̄eſſe: nec huiꝰ vite letos dies concupiſceres. ſed magis ꝓ deo tribulari gauderes. ⁊ ꝓ nihilo inter hoīes cōputari maximū lucrū duceres. O ſi tibi h̄ ſapent ⁊ ꝓfunde ad cor tranſirent quō auderes vel ſel̄ ꝯqueri. Nonne ꝓ vita eterna cuncta laborioſa ſūt toleranda. Non eſt paruū quid lucrari aut ꝑdere regnū dei. Leua igit̄ faciem tuam in celum. Ecce ego ⁊ omnes ſancti mei mecū q̄

in hoc ſeculo magnum habuere certamen modo gaudent: modo ꝯſolant᷑:⁊ modo ſecure ſunt:⁊ modo requieſcūt.⁊ ſine fine in regno patris mei mecum ꝑmanebunt.

## De die eternitatis:⁊ huiꝰ vie anguſtijs. Capitulum.liij

O Superne ciuitatis manſio beatiſſima. O dies eternitatis clariſſima: quam nox nō obſcurat ſed ſumma veritas ſemper irradiat. dies ſpleta: ſemꝑ ſecura: et nunq̄ ſtatum mutans in cōtraria. O vtinā dies illa illuxiſſet.⁊ cuncta hec temporalia finem accepiſſent. Lucet quidem ſanctis perpetua claritate ſplendida. ſed non niſi a longe ⁊ per ſpeculum peregrinantibus in terra. Norunt celi ciues q̄ gaudioſa ſit illa: gemunt exules filij Eue q̄ amara et tedioſa ſit iſta. Dies huius temporis parui ⁊ mali. pleni doloribus ⁊ anguſtijs. vbi homo multis peccatis inquinatur. multis paſſionibus irretit᷑. multis timoribus ſtringitur. multis curis diſtenditur. ⁊ multis curioſitatibus diſtrahitur. multis vanitatibus implicatur. multis erroribus circumfunditur. multis laboribus atteritur. temptationibus grauatur. delicijs eneruatur. egeſtate cruciatur. O quando finis horum multorum laborum. quando liberabor a miſera ſeruitute viciorū. Quādo memorabor tui domine ſolius. quando ad plenum letabor in te. Quando ero ſine omni impedimento.⁊ in vera libertate. ſine omni grauamine mētis ⁊ corporis. Quando erit pax ſolida. pax imꝑturbabilis ⁊ ſecura. pax intus ⁊ foris. pax ex omni ꝑte firma. Iheſu bone quando ſtabo ad videndum te. quando contemplabor gloriam regni tui. quando eris mihi omia in omnibus. O quando ero tecum in regno tuo quod ꝑparaſti dilectis tuis ab eterno. Relictus ſum pauper ⁊ exul in terra hoſtili: vbi bella quotidiana ⁊ infortunia maxima. Conſolare exilium meum. mitiga dolorem meum. quia ad te ſuſpirat omne deſiderium meum. Nam onus mihi totum eſt quicquid mundus hic offert ad ſolatium. Deſidero te intime frui ſed nequeo apprehendere. Opto inherere celeſtibus. ſed deprimunt res temporales ⁊ immortificate paſſiones. Mente omni-

bus rebus ſupeſſe volo: carni aũt inuite ſubeſſe cogor. Sic ego infelix homo mecũ pugno. ⁊ factus ſum mihi metipſi grauis. dũ ſpiritus ſurſum ⁊ caro querit eſſe deorſum. O quid intus patior dum mente celeſtia tracto ⁊ mox carnaliũ turba occurrit oranti. Deus meus ne elongeris a me. neq; declines in ira a ſeruo tuo. Fulgura coruſcationẽ tuam ⁊ diſſipa eas. emitte ſagittas tuas ⁊ conturbentur omnes fantaſie inimici. Recollige ſenſus meos ad te. Fac me obliuiſci omnium mundanorum. Da cito abijcere ⁊ contemnere fantaſmata viciorum. Succurre mihi eterna veritas vt nulla me moueat vanitas. Adueni celeſtis ſuauitas: ⁊ fugiat a facie tua omnis impuritas. Ignoſce quoq; mihi ⁊ miſericorditer indulge quotiens preter te aliud in oratione reuoluo. Confiteor etenim vere quia valde diſtracte conſueui me habere. Nam ibi multociens nõ ſuz vbi corporaliter ſto aut ſedeo. ſed ibi magis ſum quo cogitationibus feror. Ibi ſuz vbi cogitatio mea eſt. Ubi eſt frequenter cogitatio mea ibi eſt id quod amo. Hoc mihi cito occurrit quod naturaliter delectat aut ex vſu placet. Unde tu veritas aperte dixiſti. Ubi enĩ eſt theſaurus tuus ibi eſt ⁊ cor tuum. Si celum diligo libenter de celeſtibus penſo. ſi mũdũ amo felicitatibus mundi cõgaudeo. ⁊ de aduerſitatibus eius triſtor. Si carnem diligo que carnis ſunt ſepiſſime imaginor. Si ſpiritu; amo de ſpiritualibus cogitare delector. Quecunq; enim diligo de his libenter loquor ⁊ audio atq; taliũ imagines ad domũ mecu; reporto. Sed beatus ille homo qui propter te dñe oĩbus creaturis abeundi licentiam tribuit: qui nature vim facit: ⁊ concupiſcentias carnis feruore ſpiritus crucifigit: vt ſerenata conſcientia pura; tibi orõnẽ offerat. dignuſq; ſit angelicis intereſſe choris. omnibus terrenis foris ⁊ intus excluſis.

De deſiderio eterne vite. ⁊ quanta ſint certãtibus bõa promiſſa. Ca. liiij.

FIli mi cũ tibi deſideriũ eterne beatitudinis deſup infũdi ſentis. ⁊ de tabnaclo corporis exire concupiſcis vt claritatẽ meã ſine viciſſitudinis vmbra cõtemplari poſſis. dilata cor tuũ ⁊ oĩ deſiderio hanc ſctã; in

ſpiratione̅ ſuſcipe. Redde ampliſſimas ſupne bonitati gr̅as. q̅
tecuꝫ ſic dignanter agit. clementer viſitat. ardent̄ excitat. potent̄
ſubleuat ne ꝓprio po̅dere ad terrena labaris. Neqꝫ em̄ h̄ cogita
tu tuo aut conatu accipis: ſꝫ ſola dignato̅e ſupne gr̅e ⁊ diuini aſ⸗
pectus. q̅tenus in v̇tutib⁹ ⁊ maiori hu̅ilitate ꝓficias ⁊ ad futura
certamina te p̄pares. mihiqꝫ toto cordis affectu adherere ac fer⸗
uenti volu̅tate ſtudeas deſeruire. Fili ſepe ignis ardet: ſꝫ ſine fu⸗
mo fla̅ma no̅ aſce̅dit. Sic ⁊ aliquoꝝ deſideria ad celeſtia flagra̅t
⁊ tn̄ a te̅ptato̅ne carnalis affectus liberi no̅ ſunt. Jccirco nec oi̅⸗
no pure ꝓ honore dei agu̅t qd̉ ta̅ deſiderant̄ ab eo petu̅t. Tale e̅
⁊ ſepe tuu̅ deſideriu̅ qd̉ inſinuaſti fore ta̅ importunu̅. Non em̄ eſt
h̄ puru̅ ⁊ pfectu̅ qd̉ ꝓpria co̅moditate e̅ infectu̅. Pete non qd̉ ti
bi eſt delectabile ⁊ co̅modu̅. ſꝫ qd̉ mihi acceptabile eſt atqꝫ hono
rificu̅. qꝛ ſi recte iudicas mea̅ ordinatione̅ tuo deſiderio ⁊ omi de
ſiderato p̄ferre debes ac ſequi Noui deſideriu̅ tuu̅ ⁊ freque̅tes ge
mitus audiui. Jam velles eſſe in libertate gl̅ie filioꝝ dei. ia̅ te de
lectat domus eterna ⁊ celeſtis patria gaudio plena. ſꝫ nondu̅ ve⸗
nit hora iſta. ſꝫ eſt adhuc aliud tp̄us belli. videlicet tp̄us laboris
⁊ ꝓbationis. Optas ſu̅mo repleri bono ſed no̅ potes h̄ aſſequi
modo. Ego ſum: expecta me dicit dn̄s donec veniat regnum dei
Probandus es adhuc in terris. ⁊ in multis exercitandus. Co̅ſo
latio tibi interdu̅ dabit̄. ſed copioſa ſacietas no̅ co̅cedit̄. Co̅forta
re igit̄ ⁊ eſto robuſtus ta̅ in agendo q̄ꝫ in patiendo nature co̅tra⸗
ria. oportet te nouu̅ induere homine̅. ⁊ in alteꝝ viru̅ mutari. Op
tet te ſepe agere qd̉ non vis. ⁊ qd̉ vis oportet te relinquere Qd̉
alijs placet ꝓceſſuꝫ habebit. qd̉ tibi placet vltra no̅ ꝓficiet Qd̉
alij dicu̅t audiet̄. qd̉ tu dicis ꝓ nihilo co̅putabit̄. Pete̅t alij ⁊ ac
cipient. tu petes nec impetrabis. Eru̅t alij magni in ore hom̄. d̉
te au̅t tacebit̄. Alijs h̄ vel illud co̅mittet̄ tu au̅t ad nihil vtile iu⸗
dicaberis. Propt̄ h̄ natura aliq̄n ꝯtriſtabit̄. ⁊ magnu̅ certamen
ſuſtinebit. Sed magnu̅ bonu̅ inde ꝯſequeris ſi ſilens portaueris
Jn his ⁊ ſimilib⁹ multis ꝓbari ſolet fidelis dn̄i ſeruus q̄liter ſe
abnegare ⁊ in omnibus frangere quiuerit. Vix eſt aliquid tale in
quo tantundem mori indiges ſicut non videri ⁊ pati que volunta
ti tue aduerſa ſu̅t. maxime au̅t cuꝫ diſconuenientia et que minus
vtilia tibi appare̅t fieri iubent̄. Et quia no̅ audes reſiſtere altio⸗

ri poteſtati ſub dominio conſtitutus. ideo durũ tibi videt̃ ad nutum alterius ambulare. et omne ꝓpriũ ſentire obmittere. Sʒ pẽſa fili hoꝝ fructuũ laborum. celerem finem atqꝫ p̃miuʒ nimis magnũ: et non habebis inde grauamen. ſed fortiſſimũ pacientie tue ſolamen. Nam et ꝓ modica hac voluntate quã nunc ſponte deſeris: habebis ſemꝑ voluntatem tuam in celis. Ibi quippe inuenies omne quod voluens. omne quod deſiderare potes. Ibi aderit tibi totius facultas boni: ſine timore amittẽdi. Ibi volũtas tua vna ſemꝑ mecum. nil cupiet extraneum vel priuatum. Ibi null⁹ reſiſtet tibi. nemo de te cõqueret̃. nemo impediet. nil obuiabit. ſ; cuncta deſiderata ſimul erunt preſentia. totũqꝫ affectum tuuʒ reficient et adimplebunt vſqꝫ ad ſummũ. Ibi reddam gloriam pro ꝯtumelia perpeſſa: palliũ laudis ꝓ merore. ꝓ loco nouiſſimo ſedeʒ regni in ſecula. Ibi apparebit fructus obedientie: gaudebit labor penitẽtie: et humilis ſubiectio coronabit̃ glioſe. Nunc ḡ inclinare humiliter ſub omniũ manibus. nec ſit cure q̃s hoc dixerit vel iuſſerit. ſ; h̄ magnope curato vt ſiue p̄latus ſiue minor aut eq̃lis aliquid a te expoſcerit vel innuerit. ꝓ bono totum accipias. et ſincera volũtate ſtudeas adimplere. Querat ali⁹ hoc. alius illõ glĩet̃ ille in illo. et iſte ĩ iſto. laudet̃qꝫ millies mille: tu aũt nec ĩ iſto nec ĩ illo. ſ; ĩ tuiꝑi⁹ gaude ꝯtẽptu et in mei ſoli⁹ beneplacito ac honore. hoc optandum eſt tibi. vt ſiue per vitam ſiue per morteʒ deus ſemper in te glorificetur.

Qualiter hõ deſolatus debeat in man⁹ dei ſe offerre. Ca. lv.

D Omine deus ſancte pater ſis nunc et in eternũ benedictus. quia ſicut vis factũ eſt et quod facis bonum eſt. Letetur in te ſeruus tuus. nõ in ſe. nec in aliquo alio: quia tu ſolus leticia vera. tu ſpes mea et corona mea. tu gaudium meum et honor meus dñe. Quid habet ſeruus tuus niſi quod a te accepit etiam ſine merito ſuo. Tua ſũt omnia que dediſti et que feciſti. Pauper ſum et in laboribus meis a iuuentute mea. et contriſtatur anima mea nonnunq̃ vſqꝫ ad lachrymas: quandoqꝫ etiam conturbatur ad ſe propter imminentes

paſſiones. Deſidero pacis gaudium pacem filiorum tuorum fla
gito. qui in lumine conſolationis a te paſcunť. Si das pacem. ſi
gaudiũ ſanctũ infundis. erit anima ſerui tui plena modulatione
⁊ deuota in laude tua. Sed ſi te ſubtraxeris ſicut ſepiſſime ſoleſ
non poterit currere viaȝ mandatoꝝ tuoꝝ: ſed mag̃ ad tundendũ
pectus genua incuruanť: quia nõ eſt illi ſicut heri ⁊ nudiuſterciꝰ
qñ ſplendebat lucerna tua ſup caput eius: ⁊ ſub vmbra alarũ tu
arũ ꝓtegebatur a temptationibus irruentibus. Pater iuſte ⁊ ſp
laudande venit hora vt probetur ſeruus tuus. Pater amande di
gnum eſt vt hora hac patiať ꝓ te aliquid ſeruus tuus. Pater ꝑ-
petue venerande venit hora quã ab eterno preſciebas affuturã
vt ad modicuȝ tp̃us ſuccumbat foris ſeruuꝰ tuus. viuat vero ſp
apud te intus. paululum vilipendať humilietur ⁊ deficiat coram
hominibus. paſſionibus ꝯterať ⁊ languoribus. vt iterum tecum
in aurora noue lucis reſurgat ⁊ in celeſtibus clarificeť. Pať ſan
cte tu ſic ordinaſti: tu ſic voluiſti. ⁊ hoc factuȝ eſt quod ipe p̃cepi-
ſti. Hec enĩ eſt gratia ad amicum tuum pati et tribulari in mun-
do pro amore tuo quotienſcunqȝ a quocunqȝ ⁊ quomodocunqȝ
id permiſeris fieri. Sine conſilio ⁊ ꝓuidentia tua ⁊ ſine cauſa ni
hil fit in terra. Bonũ mihi domine ꝙ humiliaſti me vt diſcam iu-
ſtificationes tuas: ⁊ oẽs elatões cordis atqȝ preſumptões abij-
ciam. Utile mihi ꝙ ꝯfuſio cooperuit faciẽ meã. vt te potius q̃ hoĩ
nes ad ꝯſolandũ requirã. Didici etiaȝ ex h̃ inſcrutabile iudiciuȝ
tuum expaueſcere. qui affligis iuſtũ cũ impio. ſed nõ ſine equita
te ⁊ iuſticia. Grãs tibi q: nõ pepercisti malis meis. ſed attriuiſti
me verberibus amaris infligens dolores ⁊ immittens anguſtias
foris ⁊ intus. Non eſt qui me conſoleť ex omnibus que ſub celo
ſunt niſi tu dñe deus meus. celeſtis medicus aĩarũ. q̇ pcutis ⁊ ſa
nas. deducis ad inferos: ⁊ reducis. Diſciplina tua ſuper me et
virga tua ipſa me docebit. Ecce pater dilecte in manibus tuis e-
go ſum. ſub virga correctionis tue me inclino. percute dorſum
meum ⁊ collum meum. vt curuem ad voluntatem tuam tortuoſi
tatẽ meam: ffac me pium et humilem diſcipulum ſicut bene face
re conſueuiſti. vt ambulem ad omnem nutum tuum. Tibi me ⁊ om
nia mea ad corrigendum cõmendo. melius eſt hic corripi q̃ in fu
turo. Tu ſcis omnia et ſingula: et nil te latet in humana ꝯſciẽtia

Anteq̄ fiant noſti ventura. ⁊ non opus eſt tibi vt quis te doce-
at aut admoneat de his que geruntur in terra. Tu ſcis quid expe
dit ad profectum meum. ⁊ q̄tum deſeruit tribulatio ad rubiginē
viciorum purgandam. Fac mecū deſideratum beneplacitum tuū
et ne deſpicias peccaminoſam vitam meam: nulli melius nec cla
rius q̄ tibi ſoli notam. Da mihi dn̄e ſcire quod ſciendum eſt. hoc
amare quod amandum eſt. hoc laudare quod tibi ſumme placet
hoc reputare quod tibi precioſum apparet. hoc vituperare qd̄
oculis tuis ſordeſcit. Non me ſinas ſm viſioneꝫ oculorum exteri
orum iudicare. neq̄ ſm auditum aurium hominū imperitorū ſen
tentiare. ſed in iudicio vero de viſibilibus ⁊ ſpiritualibus diſcer-
nere. atq̄ ſup omnia voluntatē beneplaciti tui ſemper inquirere
Falluntur ſepe hominū ſenſus in iudicando. falluntur ⁊ amato-
res ſeculi viſibilia tantūmodo amando. Quid eſt homo inde me
lior. quia reputat̄ ab homine maior. Fallax fallacem. vanus va-
num. cecus cecum. infirmus infirmum decipit dum exaltat. ⁊ ve
raciter magis confundit dum inaniter laudat. Nam q̄tum vnuſ-
quiſq̄ eſt in oculis tuis tantum eſt et non amplius ait humilis
ſanctus Franciſcus.

Qd̄ humilibꝰ inſiſtendum eſt operibus cum deficitur a ſum-
mis. Capitulum. quinquageſimūſextum. 1603
1604. 1602. 1579.

FIli non vales ſemp̄ in feruē-
tiori deſiderio virtutum ſtare: nec in altiori gradu cō-
templatōis. ſed neceſſe habes interdum ob origina
lem corruptelam ad inferiora deſcendere. ⁊ onus corruptibilis
vite etiam inuite ⁊ cum tedio portare. Quādiu mortale corpus
geris. tediū ſenties ⁊ grauamē cordis. Oportet ḡ ſepe in carne
de carnis onere gemere eo q̄ non vales ſpiritualibus ſtudijs et
diuīe ꝯtēplatōi indeſinent̄ inherere. Tūc expedit tibi ad hūilia et
exteriora opa ꝯfugere ⁊ i bonis te actibꝰ recreare. aduētū meū ⁊
ſupnā viſitatōeꝫ firma ꝯfidētia expectare. exiliū tuū ⁊ ariditatē
mētis pacient̄ ſuffere. donec iteꝝ a me viſiteris ⁊ ab oībꝰ anxie-
tatibus libereris. Naꝫ faciā te laboꝝ obliuiſci. ⁊ interna quiete

ꝑfrui. Expandam coram te prata ſcripturaꝝ: vt dilatato corde currere incipias viā mandatoꝝ meoꝝ: ⁊ dices. Non ſūt ꝯdigne paſſiones hui⁹ temporis ad futurā gloriā q̄ reuelabit̄ in nobis.

Qȯ homo non reputet ſe ꝯſolatione dignum. ſed magis verberibus reum. Capitulum. lvij.

# Domine nō ſum dignus conſo

latōne tua nec aliqua ſpūali viſitatōe. ⁊ ideo iuſte mecum agis qn̄ me inopem ⁊ deſolatū relinquis. Si em̄ ad inſtar maris lachrymas fundere poſſem adhuc ꝯſolatōne tua dignus non eſſem. Unde nihil dignus ſum q̄ꝫ flagellari ⁊ puniri quia grauiter ⁊ ſepe te offendi. ⁊ in multis valde deliqui. Ergo verba penſata rōne nec minima dignus ſum conſolatōne. ſed tu clemens ⁊ miſericors deus q̄ nō vis ꝑire opa tua ad oſtendēdū diuitias bonitatis tue in vaſa miſericordie tue. etiā ꝑter om̄e proꝑiū meritū dignaris conſolari ſeruū tuum ſupra humanū modū Tue em̄ conſolatōnes non ſunt ſicut humane confabulationes. Quid egi dn̄e vt mihi conferres aliq̄ꝫ celeſtē conſolationeꝫ. Ego nihil boni me egiſſe recolo ſed ſemꝑ ad vicia pronū ⁊ ad emendationē pigrū fuiſſe. Verū eſt ⁊ negare nō poſſū. Si aliter dicerem tu ſtares cōtra me ⁊ non eſſet qui defenderet. Quid merui ꝓ peccatis meis niſi infernū ⁊ ignem eternū. In veritate ꝯfiteor quoniam dignus ſum om̄i ludibrio ⁊ contemptu. nec decet me inter deuotos tuos cōmorari. Et licꝫ h̄ egre audiā. tn̄ aduerſū me pro veritate pctā mea arguā vt facili⁹ miſc̄diaꝫ tuā merear impetrare. Quid dicā re⁹ ⁊ oī ꝯfuſiōe plen⁹. Nō habeo os loquēdi niſi h̄ tm̄ ꝟbū peccaui dn̄e peccaui. miſerere mei. ig̃ſce mihi. Sine me paululū vt plāgā dolorē meū anteq̄ꝫ vadā ad terrā tenebroſam ⁊ optā mortꝭ caligine. Et q̄d tā maxime a reo ⁊ pctōre miſero req̄ris niſi vt ꝯterat̄ ⁊ hūiliet ſe ꝓ delictꝭ ſuis. In vera ꝯtritōe ⁊ cordis hūiliatōe naſcit̄ ſpes venie. reconciliat̄ ꝑturbata ꝯſcīa. reparat̄ grā ꝑdita. tuet̄ homo a futura ira. ⁊ occurrūt ſibi mutuo in oſculo ſancto deus ⁊ penitens aīa. Humilis pctōꝝ ꝯtritio acceptabile tibi ē dn̄e ſacrificiū lōge ſuaui⁹ odorās i ꝯſpectu tuo q̄ꝫ thu-

ris incenſum. hoc eſt gratum etiam vnguentū qđ ſacris pedibꝰ
tuis infundi voluiſti. q꞉ cor cōtritū ⁊ humiliatū nunq̄ deſpexiſti
Ibi eſt locus refugij a facie ire inimici. ibi emendat̃ et abluit̃ q̇c
quid aliunde ꝯtractū eſt et inquinatum.

### De gr̄a dei q̄ nō miſcet̃ terrena ſapientibus. Capitulū. lviij.

Fili precioſa eſt gr̄a mea. non
patit̃ ſe miſceri extraneis rebus nec conſolationibus
terrenis. Abijcere ergo oportet omnia impedimenta
gratie ſi optas eius infuſionē ſuſcipe. Pete ſecretū tibi. ama ſo-
lus habitare tecum. nullius require ꝯfabulationē. ſed magis ad
deum deuotā effunde precem vt cōpūctam teneas mentē ⁊ pu
ram conſcientiam. Totū mundū nihil eſtima. dei vacationē oībꝰ
exterioribus antepone. Non eñ poteris mihi vacare ⁊ in tranſi-
torijs pariť delectari. A notis ⁊ a charis amicis oportet elōgari
⁊ ab oī tp̄ali ſolatio mentē tenere priuatam. Sic obſecrat btūs
ap̄lus Petrus: vt tanq̄ aduena ⁊ ꝑegrinos ſe in hoc mūdo ſe cō
tineant xp̄i fideles. O q̄ta fiducia erit morituro. quē nullius rei
affectus detinet in mūdo. Sed ſic ſegregatū cor hr̄e ab oībꝰ eger
necdū capit animꝰ. nec aīalis hō nouit interni hoīs libertatē. At
tamē ſi vere velit eſſe ſpūalis optet eū renūciare tā remotis q̄ ꝓ-
pinq̇s ⁊ a nemīe magꝭ cauere q̄ a ſeip̄o. Si temetip̄m ꝑfecte vi-
ceris cetera facilius ſubiugabis. Perfecta nāq̄ victoria ē de ſe-
metip̄o triūphare. Qui eñ ſemetip̄m ſubiectū tenet vt ſenſuali-
tas ratōi ⁊ ratio in cūctis obediat mihi. hic vere victor eſt ſui et
dn̄s mūdi. Si ad hūc apicē ſcādere gliſcis. optet viriliť incipe et
ſecurim ad radicē ponere. vt euellas ⁊ deſtruas occultā et inor-
dinatā inclinatōez ad teip̄m ⁊ ad om̄e ꝓuatū ⁊ materiale bonū
Ex h̄ vicio q̄ hō ſemetip̄ꝫ nimis inordinate diligit pene totū pen
dꝫ q̇cq̇d radicaliť vīcēdū ē. Quo deuicto ⁊ ſubacto malo. pax ma
gna et trāq̇llitas erit ꝯtinuo. Sꝫ q꞉ pauci ſibijp̄is ꝑfecte mori la
borāt nec plene extra ſe tēdūt. ꝓpterea in ſe implicati remanent
nec ſupra ſe in ſpū eleuari poſſunt. Qui aūt libere mecū ambula
re deſiderat. neceſſe ē vt oēs prauas ⁊ iordinatas affectōes ſuas

mortificet: atq; nulli creature ꝑuato amore cõcupiſcent̄ inhereat

## De diuerſis motibus nature ⁊ gratie. Capitulũ. lix.

FIli diligenter aduerte motus nature ⁊ gratie. quia valde contrarie ⁊ ſubtiliter mo-
uent̄ ⁊ vix niſi a ſpũali ⁊ intimo illuminato hoīe diſ
cernunt̄. Omnes quidẽ bonũ appetũt ⁊ aliquid boni in ſuis di-
ctis vel factis p̄tendunt. ideo ſub ſpecie boni multi fallunt̄. Na-
tura callida eſt ⁊ multos trahit illaqueat ⁊ decipit. ⁊ ſe ſemꝑ pro
fine habet. Sed gratia ſimpliciter ambulat. ab omi ſpecie decli
nat. fallacias non p̄tendit ⁊ oīa pure ꝓpter deũ agit. in quo ⁊ fi
naliter requieſcit. Natura īuite vult mori: nec premi nec ſuperari
nec ſubeſſe nec ſpõte ſubiugari. Gratia v̾o ſtudet mortificatõni
ꝓprie. reſiſtit ſenſualitati. querit ſubijci. appetit vinci. nec ꝓpria
vult libertati fũgi. ſub diſciplina amat teneri. nec alicui cupit do
minari. ſed ſub deo ſemꝑ viuere ſtare ⁊ eſſe. atq; ꝓpter deũ omni
hũane creature hũil'r parata eſt inclinari Natura ꝓ ſuo ꝯmodo la
borat. ⁊ quid lucri ex alio ſibi ꝑueniat attẽdit. Gratia aũt non q̇d
ſibi vtile ⁊ cõmodoſum ſit. ſed qđ multis ꝓficiat magis conſide
rat. Natura libent̄ honorẽ et reuerentiã accipit. Gr̄a v̾o oẽm ho-
norẽ ⁊ gl'iam deo fideliter attribuit. Natura ꝯfuſionẽ timet ⁊ cõ
temptũ. Gr̄a aũt gaudet ꝓ noīe ihu ꝯtumeliaꝫ pati. Natura oci
um amat ⁊ quietẽ corꝑalẽ. gr̄a aũt vacua eſſe nõ poteſt. ſ; libent̄
amplectit̄ laborẽ. Natura q̄rit curioſa hr̄e ⁊ pulcra. ⁊ abhorret vi
lia ⁊ groſſa. gr̄a v̾o ſimplicibus delectat̄ ⁊ humilibus. aſpera nõ
aſpernat̄. nec vetuſtꝭ refugit indui pannis. Natura reſpicit tẽpa-
lia. gaudet ad lucra terrena. triſtat̄ de damno. irritat̄ leui iniurie
verbo. Sꝫ gr̄a attẽdit eterna. nõ inheret tꝑalibus. nec in ꝑditõe
rerũ turbat̄. neq; verbis durioribꝰ acerbat̄. q2 theſaurũ ſuũ ⁊ gau
diũ in celo vbi nil perit ꝯſtituit. Natura cupida eſt ⁊ libentiꝰ acci
pit q̄ donat. amat ꝓpria ⁊ priuata. Gr̄a aũt pia ẽ ⁊ cõmunis. vi-
tat ſingularia. ꝯtentatu paucis. beatius iudicat dare q̄ accipere
Natura inclinat ad creaturas: ad carnẽ ꝓpriã. ad vanitatẽ et diſ
curſus. ſed gratia trahit ad deũ ⁊ ad virtutes. renunciat creatur[

fugit mundū.odit carnis deſideria.reſtringit euagatōes.erube-
ſcit in publico apparere. Natura libenter aliqđ ſolatiū habet ex
ternū in quo delectet̄ ad ſenſum. Sed gr̄a in ſolo deo querit ꝯſo
lari.⁊ in ſūmo bono ſup oīa viſibilia delectari. Natura totū agit
ꝓpter lucrū ⁊ cōmodū ꝓpriū.nihil gratis facere pōt.ſ; aut equa
le aut melius aut laudē vel fauorez ꝓ benefactis ꝯſequi ſperat ⁊
multū ponderari ſua geſta ⁊ dona ꝯcupiſcit. Gratia vō nil tpale
querit.nec aliđ p̄miū q̄ deū ſolū ꝓ mercede poſtulat. nec ampli⁹
de temporalibus neceſſarijs deſiderat niſi q̄tum hec ſibi ad aſſe
cutionē eternoꝝ valeant deſeruire. Natura gaudet de amicis mľ
tis ⁊ ꝓpinquis .gloriat̄ de nobili loco ⁊ ortu generis. arridet po
tentibus.blandit̄ diuitibus.applaudet ſibi ſilibus. Gr̄a aūt et
inimicos diligit.nec de amicoꝝ turba extollit̄.nec locū nec ortuz
nataliū reputat niſi virtus maior ibi fuerit.fauet magis paupe-
ri q̄ diuiti:compatit̄ plus innocenti q̄ potenti .cōgaudet veraci
nō fallaci.exhortat̄ ſp bonos meliora chariſmata emulari.⁊ filio
dei ꝑ virtutes aſſimilari. Natura de defectu ⁊ moleſtia cito ꝯque
rit̄. Gratia ꝯſtanter fert inopiam. Natura oīa ad ſe reflectit:ꝓ ſe
certat ⁊ arguit. Gratia aūt ad deū cuncta reducit vnde originali
ter emanāt.nihil boni ſibi aſcribit nec arroganter p̄ſumit.nō cō-
tendit nec ſuā ſententiā alijs p̄fert:ſed in oī ſenſu ⁊ intellectu et-
ne ſapientie ac diuino examini ſe ſubmittit. Natura appetit ſcire
⁊ noua ⁊ ſecreta audire.vult exteri⁹ apparere ⁊ multa ꝑ ſenſus
expiri.deſiderat agnoſci ⁊ agere vñ laus ⁊ admiratio ꝓcedit.ſed
gratia nō curat noua nec curioſa ꝑcipe.q: totū hoc de vetuſtate
corruptōnis eſt ortū.cū nihil nouū ⁊ durabile ſit ſup terrā. Docz
itaq; ſenſus reſtringere vanā cōplacentiā ⁊ oſtētationē deuita-
re.laudāda ⁊ digne mirāda humil̄r abſcondere ⁊ de oī re ⁊ de oī
ſciētia vtilitat̄ fructū atq; dei laudē ⁊ honorem q̄rere. Nō vult ſe
nec ſua p̄dicari.ſ; deū i donis ſuis optat bñdici q̄ cūcta ex mera
caritate largit̄. Hec gr̄a ſupnaturale lumē ⁊ quoddā dei ſpeciale
donū eſt ⁊ ꝓprie electoꝝ ſignaculū:⁊ pign⁹ ſalut̄ eterne:q̄ hoīez
de terrenis ad celeſtia amāda ſuſtollit.⁊ de carnali ſpūalez efficit
Quanto igit̄ natura amplius p̄mit̄ ⁊ vincit̄.tanto maior gratia
infundit̄.⁊ quotidie nouis viſitatōnibus interior homo ſm ima-
ginem dei reformatur.

De corruptōne nature ⁊ efficatia grẽ diuine. Capitulũ. lv.

Domine deus meus qui me cre
aſti ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ tuaꝫ. ꝯcede mihi hanc
gratiã quã oſtendiſti mihi tã magnã ⁊ neceſſariaꝫ ad
ſalutẽ vt vincam peſſimam naturã meaꝫ: trahentẽ ad pctã ⁊ in ꝑ
ditionẽ. Sentio em̃ in carne mea legẽ pcti ꝯtradicentem legi mẽ
tis mee ⁊ captiuũ me ducentẽ ad obediendũ ſenſualitati in mul-
tis: nec poſſum reſiſtere paſſionibus eiꝰ niſi aſſiſtat tua ſctiſſima
grã cordi meo ardenter infuſa. Opus eſt grã tua ⁊ magna gra-
tia. vt vicat̃ natura ad malũ ſempꝛ ꝓna ab adoleſcentia ſua. Naꝫ
ꝑ primũ hoiem adam lapſa et viciata ꝑ pctm̃ in omnes homines
pena huiꝰ macule deſcendit. vt ipa natura que bona ⁊ recta a te
condita fuit: ꝓ vicio iam ⁊ infirmitate corrupte nature ponatur
eo ꝙ motus eius ſibi relictus ad malũ ⁊ ad inferiora trahat. Nã
modica vis que remanſit eſt tanq̃ ſcintilla quedam latens in ci-
nere. Hec eſt ipſa ratio naturalis circumfuſa magna caligine: ad
huc iudiciũ habens boni ⁊ mali: veri falſiq; diſtantiam. licet im-
potens ſit adimplere omne quod approbat. nec pleno iam lu-
mine veritatis nec ſanitate affectionũ ſuaꝝ potiat̃. Hinc eſt deꝰ
meus ꝙ condelector legi tue ſcḋm interiorẽ hominẽ. ſciens mãda-
tum tuũ fore bonũ iuſtũ ⁊ ſanctũ. arguens etiã omne malũ ⁊ pec
catũ fugiendũ. carne aũt ſeruio legi pcti dum magis ſenſualita-
ti obedio q̃ ratõni. Hinc eſt ꝙ velle bonum mihi adiacet ꝑficere
aũt non inuenio Hinc ſepe multa bona ꝓpono. ſ; q2 gratia deeſt
ad adiuuandũ infirmitatẽ meã ex leui reſiſtentia reſilio ⁊ deficio
Hinc accidit ꝙ viam ꝑfectionis agnoſco. ⁊ qualiter agere debe-
am clare ſatis video. ſed ꝓprio corruptõnis pondere preſſus ad
ꝑfectiora non aſſurgo. O q̃ maxima eſt mihi neceſſaria dñe gra-
tia tua. ad inchoandũ bonum. ad ꝓficiendũ ⁊ ad ꝑficiendũ. Naꝫ
ſine ea nihil poſſuꝫ facere. Omnia aũt poſſum in te confortan-
te me gratia. O vera celeſtis gratia ſine qua nulla ſunt propria
merita: nulla quoq; dona nature ponderanda. Nihil artes. nihil
diuitie. nihil pulcritudo. vel fortitudo. nihil ingeniuꝫ vel eloquẽ
tia valent apud te dñe ſine gratia. Nam dona nature bonis ⁊ ma

lis ſunt cōmunia. electoꝝ aūt ꝓprium donum eſt gratia ſiue dile
ctio qua inſigniti digni habent̄ vita eterna. Tm̄ eminet hec gra-
tia vt nec donū ꝓphetie nec ſignorum opatio. nec q̄talibet alta
ſpeculatio aliquid eſtimet̄ ſine ea. Sed neq₃ fides neq₃ ſpes ne-
q₃ alie virtutes tibi accepte ſunt ſine charitate ⁊ gratia. O bea-
tiſſima gratia que pauperē ſpiritu virtutibus diuitē facis. ⁊ diui
tem multis bonis humilem corde reddis. veni deſcende ad me re
ple me mane ↄſolatōne tua: ne deficiat pre laſſitudine ⁊ aridita-
te mentis anima mea. Obſecro dn̄e vt inueniam gratiam in ocu
lis tuis ſufficit em̄ mihi gratia tua. ceteris non obtentis que deſi
derat natura. Si fuero temptatus ⁊ vexatus tribulationib⁹ mul
tis nō timebo mala dum mecum fuerit gratia tua. Ipſa fortitu-
do mea. ipſa conſiliū confert ⁊ auxiliū. Cunctis hoſtibus poten-
tior eſt. ⁊ ſapientior vniuerſis ſapientibus. Magiſtra eſt verita-
tis. doctrix diſcipline. lumen cordis. ſolamen preſſure. fugatrix
triſticie. ablatrix timoris. nutrix deuotōis. ꝓductrix lachrymarū
Quid ſum ſine ea niſi aridum lignum et ſtips inutilis ad eijcien-
dum. Tua ergo me domine gratia ſemp̄ ꝑueniat ⁊ ſequat̄. ac bo-
nis operibus iugiter p̄ſtet eſſe intentū ꝑ ih̄m xp̄m filiū tuū Amē

## Quō noſipos abnegare ⁊ xp̄m imitari debem⁹ ꝑ crucē Ca. lxi.

FIli quantū a te vales exire tā
tā in me poteris tranſire. Sicut nihil foris cōcupiſce
re internam pacē facit: ſic ſe interius relinquere deo
cōiungit. Uolo te addiſcere ꝑfectā abnegationē tui in voluntate
mea ſine ↄtradictōne ⁊ querela. Sequere me. ego ſum via veri-
tas ⁊ vita. Sine via nō itur. ſine veritate nō cognoſcit̄. ſine vita
non viuit̄. Ego ſum via quā ſequi debes. veritas cui credere de
bes. vita quā ſperare debes. Ego ſum via inuiolabilis. veritas
infallibilis. vita interminabilis. Ego ſum via rectiſſima. veritas
ſuprema. vita vera. vita beata. vita increata. Si manſeris in via
mea cognoſces veritatē. ⁊ veritas liberabit te ⁊ apprehendes vi
tam eternam. Si vis ad vitā ingredi ſerua mandata. Si vis veri
tatē cognoſcere crede mihi. Si vis ꝑfectus eſſe vende omnia Si

vis eſſe diſcipulus meus abnega temetip̄m. Si vis beataȝ vitā poſſidere p̄ntem vitam cōtemne. Si vis exaltari in celo humilia te in mūdo. Si vis regnare mecū porta crucē mecū. Soli em̄ ſerui crucis inueniūt viam beatitudinis ⁊ vere lucis. Dn̄e ihu chriſte quia arta eſt via tua ⁊ mundo deſpecta dona mihi tecum mūdi deſpectū imitari. Non em̄ maior eſt ſeruus dn̄o ſuo: nec diſcipulus ſup magiſtrū. Exerceat̄ ſeruus tuus in vita tua. quia ibi ē ſalus mea ⁊ ſanctitas vera. Quicq̄d extra eā lego vel audio nō me recreat nec delectat plene. Fili q2 hec ſcis ⁊ legiſti omnia beatus eris ſi feceris ea. Qui habet mandata mea ⁊ ſeruat ea ipſe eſt qui diligit me. ⁊ ego diligam eū ⁊ manifeſtabo ei meip̄m. ⁊ faciam eū cōſedere mecum in regno patris mei. Dn̄e igit̄ ſicut dixiſti ⁊ ꝓmiſiſti ſic vtiq; mihi ꝓmereri cōtingat. Suſcepi de manu tua crucē portabo eaȝ vſq; ad mortē ſicut impoſuiſti mihi. Uere vita boni monachi crux eſt ſed dux p̄adiſi. Inceptū eſt retro abire non licet nec relinquere oportet. Eya fratres p̄gamus ſimul ihesus erit nobiſcū. Propter ihesum ſuſcepimus hanc crucē. propter iheſuȝ pſeueremus in cruce. Erit adiutor noſter qui eſt dux noſter ⁊ p̄ceſſor. En rex noſter ingredit̄ ante nos. qui pugnabit ꝓ nobis. Sequamur viriliter. nemo metuat terrores: ſimus parati mori fortiter in bello. nec inferamus crimen glorie noſtre vt fugiamus a cruce.

## Qđ homo non ſit nimis deiectus quando in aliquos labitur defectus. Capitulum .lxij.

Fili magis placēt mihi patientia ⁊ humilitas in aduerſis: q̄ multa ꝯſolatio ⁊ deuotio in ꝓſperis. Ut quid te ꝯtriſtat paruum factū contra te dictum. Si amplius fuiſſet cōmoueri non debuiſſes. ẜ nūc dimitte tranſire nō eſt p̄mū nec nouū. nec vltimū erit ſi diu vixeris. Satı̄ virilis es q̄diu nil obuiat aduerſi. bene etiam ꝯſulis et alios noſti roborare verbis. ẜ cū ad ianuā tuā venit repētina tribulatio. deficis ꝯſilio ⁊ robore. Attēde magnā fragilitatē tuā quā ſepius experiris in modicis obiectis. Tn̄ ꝓ ſalute tua iſta fiūt cū

hec ⁊ ſimilia contingunt. Poñe vt melius noſti ex corde ⁊ ſi te te tigit: nō tñ deijciat nec diu implicet. Ad minus ſuſtine patienter ſi non potes gaudenter. Etiam ſi minus libenter audis: ⁊ indig tionē ſentis. Reprime te ne patiaris aliq̄d inordinatū ex ore tuo exire. vnde paruuli ſcandalizenť. Cito conquieſcet cōmotio exer citata. ⁊ dolor internus reuertente grā dulcorabiť. Adhuc viuo ego dicit dñs. iuuare te paratus. ⁊ ſolito amplius conſolari ſi cō fiſus fueris mihi ⁊ deuote inuocaueris. Animequior eſto. ⁊ ad maiorē ſuſtinentiā accingere. Non eſt totuz fruſtratū ſi te ſepius ꝑcipis tribulatū vel grauiter temptatum. Homo es ⁊ nō deus. caro es ⁊ non angelus. Quō tu poſſes ſemp in eodē ſtatu virtu tis ꝑmanere. quando hoc defuit angelo in celo ⁊ primo homini i paradiſo. qui nō diu ſteterūt. ego ſum qui merentes erigo ſoſpi tate. ⁊ ſuā cognoſcentes infirmitatē ad meā ꝓuebo diuinitatem. Dñe benedictū ſit verbum tuum: dulce ſup mel ⁊ fauū ori meo. Quid facerem in tantis tribulatōibus ⁊ anguſtijs meis niſi me confortares tuis ſanctis ſermonibus. Dūmodo tandem ad porꝰ tum ſalutis ꝑueniā quid cure eſt que ⁊ quanta paſſus fuero. Da finem bonū. da felicē ex hoc mūdo tranſitū. Memēto mei deus meus ⁊ dirige me in recto itinere in regnū tuū Amen.

De altioribꝰ rebꝰ ⁊ occultis iudicijs dei nō ſcrutādis. Ca. lxiiij.

Fili caueas diſputare de altis materijs: ⁊ de occultis dei iudicijs. Cur iſte ſic relin quiť ⁊ ille ad tantā grām aſſumiť. cur etiā iſte tantum affligiť ⁊ ille tā eximie exaltať. Iſta oēz humanā facultatem exce dūt. nec ad inueſtigādū iudiciū diuinū. vlla rō ꝑualet vł diſputa tio. Qñ ḡ hec tibi ſuggerit inimicꝰ. vł etiā quidaz curioſi inq̄rūt hoies reſpōde illō ꝓphete. Juſtus es dñe ⁊ rectū iudiciū tuū Et illō Judicia dñi vera iuſtificata iſemetipſa. Judicia mea metuē da ſunt: non diſcutienda. quia humano intellectui ſunt incōpre henſibilia. Noli etiam inquirere vel diſputare de meritis ſanctoꝝ quis alio ſanctior aut quis maior fuerit in regno celorum. Talia generant ſepe lites et contentiones inutiles: nutriunt quoq; ſu

perbiam ⁊ vanam gloriaȝ. vnde oriunt inuidie ⁊ diſſenſiones dū
iſte illū ſanctū: ⁊ alius aliū conat ſup be pferre. Talia aūt velle ſci
re ⁊ inueſtigare nullū fructū afferūt ſed magis ſanctis diſplicent
qꝛ nō ſuȝ deus diſſenſiōis ſed pacꝭ. que pax magis in humilitate
vera ꝙ in ꝓpria exaltatōe ꝯſiſtit. Quidā zelo dilectiōis trahunt
ad hos vel ad illos amplioꝛi affectu. ſed humano potius ꝙ diui-
no. Ego ſuȝ qui cūctos condidi ſanctos. ego donaui grāȝ. ego ꝑ
ſtiti gl'iaȝ. ego noui ſingulorꝫ merita. ego preueni eos in benedi-
ctionibus dulcedinis mee. ego preſciui dilectos ante ſecula. ego
eos elegi de mundo. nō ipi me preelegerūt. ego vocaui p gratiaȝ
attraxi p miſericoꝛdiā. ego pduxi eos p tēptationes varias. ego
infudi ꝯſolatōnes magnificas. ego dedi pſeuerantiaȝ. ego coro-
naui eorꝫ pacientiā. ego primū ⁊ nouiſſimū agnoſco. ego oēs
ineſtimabili dilectōne amplector. ego laudandus ſuȝ in oībꝰ ſan
ctis meis. ego ſup oīa benedicendus ſuȝ ⁊ honorandus in ſingu
lis. quos ſic gl'ioſe magnificaui ⁊ pdeſtinaui ſine vllis pcedenti-
bus ꝓpriis meritis. Qui ergo vnū de minimis meis cōtempſe-
rit nec magnū honorat. qꝛ puſillū ⁊ magnū ego feci. Et qui dero
gat alicui ſanctorꝫ derogat mihi ⁊ ceteris omnibus in regno ce-
lorꝫ. Omnes vnū ſunt p charitatis vinculum. idē ſentiunt idem
volūt. ⁊ oēs in vnū ſe diligūt. Adhuc aūt quod multo altiꝰ eſt
plus me ꝙ ſe ⁊ ſua merita diligunt. Nā ſupra ſe rapti ⁊ extra pro
priā dilectionē tracti. toti in amorē mei pgūt. in quo ⁊ fruitiue q̄
eſcunt. Nihil eſt ꝙ eos auertere poſſit aut deprimere. q̄ppe qui
eterna veritate pleni. igne ardeſcunt inextinguibilis charitatis.
Taceant igit carnales ⁊ aīales homines de ſanctorꝫ ſtatu diſſe-
rere: qui non norunt niſi priuata gaudia diligere. Demunt ⁊ ad-
dunt ꝓ ſua inclinatōne: non ꝓut placet eterne veritati. In mltis
eſt ignorantia. eorꝫ maxime qui parum illuminati raro aliquē pfe
cta dilectione ſpūali diligere norūt. Multi adhuc naturali affe-
ctu ⁊ humana amicicia ad hos vel ad illos trahunt. ⁊ ſicut in in-
ferioꝛibus ſe habent ita ⁊ de celeſtibus imaginant. Sed eſt di-
ſtantia incōparabilis q̄ impfecti cogitāt. ⁊ q̄ illuīati viri p reue-
lationeȝ ſupernā ſpeculant. Caue ḡ fili de iſtis curioſe tractare
que tuam ſcientiam excedunt. ſed hoc magis ſatage ⁊ intende vt
vel minimus in regno dei queas inueniri. Et ſi quiſpiaȝ ſciret q̄ſ

alio ſanctioꝛ eſſet vel maioꝛ haberet̃ in regno celoꝝ: quid ei h̃ noticia ꝓdeſſet: niſi ſe ex hac cognitōne coꝛam me humiliaret. et in maioꝛē nois mei laudē exurgeret. Multo acceptiꝰ deo facit qui de pctōꝝ ſuoꝝ magnitudine ⁊ ṽtutū ſuaꝝ paruitate cogitat et ꝙ̃ longe a ſanctoꝝ ꝑfectione diſtat: ꝙ̃ is qui de eoꝝ maioꝛitate vl̃ paruitate diſputat. Melius eſt ſanctos deuot̃ ꝓ̃cibus ⁊ lachrymis exoꝛare ⁊ eoꝝ gl̃ioſa ſuffragia humili mente imploꝛare ꝙ̃ eorū ſecreta vana inquiſitōe ꝑſcrutari. Illi bene ⁊ optime ꝯtentantur ſi hoīes ſcirēt ꝯtentari: ⁊ vaniloquia ſua cōpeſcere. Non gloriant̃ de ꝓprijs meritis quippe qui ſibi nil bonitatis aſcribunt ſed totū mihi. qm̄ ipis cuncta et infinita charitate mea donaui. Tanto amoꝛe diuinitatis ⁊ gaudio ſupeffluenti replent̃. vt nihil eis deſit gloꝛie. nihilq̃ꝫ poſſit deeſſe felicitatis. Omnes ſancti quanto altioꝛes in gl̃ia: tanto humilioꝛes in ſeipis: ⁊ mihi viciniores ⁊ dilectioꝛes exiſtunt. Ideoq̃ꝫ habes ſcriptū. qꝛ mittebāt coronas ſuas ante deū: ⁊ ceciderunt in facies ſuas coꝛam agno. et adoꝛauerunt viuentem in ſecula ſeculoꝛum. Multi querunt quis maioꝛ ſit in regno dei. qui ignoꝛant an cū minimis erunt digni cōputari. Magnū eſt vel minimū eſſe in celo vbi omēs magni ſunt quia omnes filij dei vocabunt̃ ⁊ erunt. Minimus erit in mille. ⁊ peccatoꝛ centum annoꝛum moꝛietur. Cum em̄ quererent diſcipuli quis maioꝛ eſſet in regno celoꝛum tale audierunt reſponſū. Niſi conuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut paruuli non intrabitis in regnū celoꝛum. Quicunq̃ꝫ ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte hic maioꝛ eſt in regno celoꝛum. Ve eis qui cum paruulis humiliare ſe ſponte dedignantur. quoniaꝫ humilis ianua regni celeſtis eos nō admittet intrare. Ve etiam diuitibus qui habent̃ hic conſolationes ſuas. quia pauperibus intrantibus in regnum dei ipi ſtabūt foꝛas eiulantes. Gaudete humiles et exultate pauperes quia veſtrum eſt regnum dei, ſi tñ in veritate ambulatis.

Q̄ō ois ſpes ⁊ fiducia in ſolo deo eſt figenda. Capi. lxiiij.

Domine q̃ eſt fiducia mea quā in hac vita habeo. aut quod maius ſolatiū meū ex oi-

bus apparētibus ſub celo. Nōne tu dn̄e deus meus cui⁹ miſeri-
cordie nō eſt numerus. Ubi mihi bene fuit ſine te. aut qn̄ male eſ
ſe potuit preſente te. Malo paup̄ eſſe ꝓpter te q̄ꝫ diues ſine te.
Eligo poti⁹ tecū in terra pegrinari q̄ꝫ ſine te celū poſſidere. Ubi
tu ibi celū atq̄ꝫ ibi mors ꝛ infernus vbi tu non es. Tu mihi in de
ſiderio es ꝛ ideo poſt te gemere ꝛ clamare ꝛ exorare neceſſe eſt.
In nullo deniq̄ꝫ poſſuꝫ plene ꝯfidere q̄ in neceſſitatibus auxilie
tur oportunis niſi in te ſolo deo meo. Tu es ſpes mea ꝛ fiducia
mea tu ꝯſolator me⁹ ꝛ fideliſſim⁹ in oībus. Om̄es q̄ ſua ſūt que-
runt. tu ſalutē meā ꝛ ꝓfectū meū ſolūmodo p̄tendis. ꝛ oīa in bo
nū mihi ꝯuertis. etiā ſi varijs tēptatōnibus ꝛ aduerſitatib⁹ expo
nas. Hoc totū ad vtilitatē meā ordinas: q̄ mille modis dilectos
tuos ꝓbare ꝯſueuiſti. In q̄ ꝓbatōne nō minus diligi debes et
laudari q̄ꝫ ſi celeſtib⁹ ꝯſolatōnibus me repleres. In te g̊ dn̄e de⁹
pono totā ſpē meā ꝛ refugiū in te oēm tribulatōem ꝛ anguſtiaꝫ
meā ꝯſtituo. qꝛ totū infirmū ꝛ inſtabile inuenio q̄cq̄d extra te cō
ſpicio. Nō em̄ ꝓderūt multi amici. neq̄ꝫ fortes auxiliarij adiuua-
re poterūt. neq̄ꝫ prudētes ꝯſiliarij reſponſuꝫ vtile dare. neq̄ꝫ libri
doctoꝝ ꝯſolari: nec aliq̄ p̄cioſa ſubſtantia liberare. nec locus ali-
quis ſecretus ꝯtutari ſi tu ip̄e nō aſſiſtas. iuues. conſortes. conſo
leris: inſtruas ꝛ cuſtodias. Om̄ia nanq̄ꝫ que ad pacē videnť eſſe
ꝛ felicitatē habendā: te abſente nihil ſūt. nihilq̄ꝫ felicitatť in veri
tate ꝯferūt. Finis g̊ oīm bonoꝝ ꝛ altitudo vite ꝛ ꝓfunditas elo-
quioꝝ tu es. ꝛ in te ſup̄ om̄ia ſperare fortiſſimū ſolatiū ſeruoꝝ tu
orum. Ad te ſunt oculi mei. in te ꝯfido deus meus miſc̄diarū pa
ter. Benedic ꝛ ſanctifica aīam meaꝫ benedictōne celeſti: vt fiat
habitatio ſancta tua. ꝛ ſedes eterne gl̄ie tue. nihilq̄ꝫ in tēplo tue
dignitatis inueniatť quod oculos tue maieſtatis offendat. Sc̄dꝫ
magnitudinē bonitatis tue ꝛ multitudinē miſerationū tuarū re
ſpice in me ꝛ exaudi oꝛonem paup̄is ſerui tui longe exulantis ī
regione vmbre mortī. Protege ꝛ ꝯſerua animā ſeruuli tui inť tot
diſcrimina vite corruptibilis. ac comitante gratia tua dirige per
viam pacis ad patriam ꝑpetue claritatis.

Explicit liber tercius  Incipit Quartus

Deuota exhortatio ad ſacram corporis chriſti cõmunionem.
Vox chriſti.

VEnite ad me omnes qui labo
ratis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiã vos dicit dñs. Panis
quē ego dabo caro mea eſt ꝓ mundi vita. Accipite ⁊
comedite hoc eſt corpus meũ quod ꝓ vobis tradet̃. Hoc facite ĩ
meam cõmemorationẽ. Qui mãducat carnẽ meam ⁊ bibit meū
ſanguinem in me manet ⁊ ego in illo. Verba que ego locutus
ſum vobis ſpiritus ⁊ vita ſunt.

Cũ q̃ta reuerẽtia xp̃s ſit ſuſcipiendus. Capitulum. j.

HEc ſũt verba tua chriſte ve
ritas eterna. quis non vno tpe ꝓlata nec vno in
loco ꝯſcripta Quia ḡ tua ſunt ṽba grataanter mi
hi ⁊ fideliter cuncta ſunt accipienda. Tua ſunt ⁊
tu ea ꝓtuliſti: ⁊ mea quoqꝫ ſunt q꞉ ꝓ ſalute mea
edidiſti. Libenter ſuſcipio ea ex ore tuo. vt artius inſerant̃ cordi
meo. Excitant me ṽba tante pietat̃ plena dulcedinis ⁊ dilectio
nis. ſed terrent me delicta ꝓpria. ⁊ ad capienda tanta myſteria
me reuerberat impura ꝯſcientia. Prouocat me dulcedo verboꝝ
tuoꝝ. ſ; onerat me multitudo vicioꝝ meorum. Iubes vt fiducia-
liter ad te accedã ſi tecũ velim hr̃e partẽ. vt imortalitatis accipiã
alimoniã ſi eternam cupiã obtinere vitam ⁊ gloriã. Venite inq̃s
ad me om̃es qui laboratis ⁊ onerati eſtis et ego reficiaꝫ vos. O
dulce ⁊ amicabile ṽbũ i aure pctõr q tu dñe de' me' egenũ ⁊ pau
perẽ iuitas ad cõionẽ tui ſctiſſimi corpis. Sꝫ q̇s ego ſũ dñe vt ad
te p̃ſumã accedere Ecce celi celoꝝ te nõ capiũt: ⁊ tu dič: veite ad
me oẽs. Quid ſibi vult iſta piiſſima digtio ⁊ tã amicabil' iuitatio
Quõ auſus ero venire qui nihil boni mihi ꝯſcius ſum. Vñ poſſũ
p̃ſumere. Quõ te introducã in domũ meã qui ſepius offendi be-
nigniſſimã faciẽ tuã. Reuerent̃ angeli ⁊ archangeli. metuunt ſan
cti ⁊ iuſti. ⁊ tu dicis venite ad me omnes. Niſi tu domine hoc
diceres quis verum eſſe crederet. ⁊ niſi tu iuberes quis accede-

re attemptaret. Ecce noe vir iuſtus in arche fabrica centum an
nis laborauit vt cum paucis ſaluaret. ⁊ ego quō me potero vna
hora preparare vt mūdi fabricatorē cū reuerentia ſumā. Moyſes
famulus tuꝰ magnꝰ ⁊ ſpecialis amicus tuꝰ archaꝫ ex lignis impu
tribilibus fecit: quā ⁊ mūdiſſimo veſtiuit auro vt tabulas legꝭ in
eis reponeret. ⁊ ego putrida creatura audebo te ꝯditoreꝫ legꝭ ac
vite datorē tā facile ſuſcipe in corpe meo pctīs ſubdito. Salomō
ſapiētiſſimꝰ regū iſrl̄ magnificū tēplū ſeptē annis in laudē nomi-
nis tui edificauit. ⁊ octo diebus feſtū dedicatōis eiꝰ celebrauit.
mille hoſtias pacificas obtulit. ⁊ archaꝫ federis clangore bucci
ne ⁊ iubilo in locū ſibi prepatū ſolenniter collocauit. ⁊ ego īfelix
⁊ pauperimꝰ hoīm quō te in domū meā introducā: q̄ vix mediam
expendere deuote noui horā. ⁊ vtinā vel ſemel digne fere mediā
O mi deus q̄tū illi ad placendū tibi agere ſtuduerūt. Heu q̄ pu
ſillū eſt qđ ago. q̄ breue expleo tp̄s cū me ad coīcandū diſpono.
raro totus collectus. rariſſime ab omni diſtractione purgatus.
Et certe in tua ſalutari deitatꝭ p̄ntia nulla deberet occurrere inde
cens cogitatio nulla etiā occupare creatura. qꝛ nō angelū ſꝫ ange
loꝝ dn̄ꝫ ſuſcepturꝰ ſū hoſpitio. Eſt tn̄ valde magna diſtātia inter
archā federis cū ſuis reliquijs ⁊ mūdiſſimū corpꝰ tuū cū ſuis in-
effabilibꝰ virtutibꝰ: inter legalia illa ſacrificia futuroꝝ p̄figurati-
ua ⁊ verā tui corpis hoſtiā oīm antiquoꝝ ſacrificioꝝ cōpletiuam
Quare igitꝰ nō magꝭ ad tuā venerabilē inardeſco p̄ntiaꝫ. cur non
maiori te preparo ſollicitudine ad tua ſctā ſacramēta ſumēda cū
illi antiqui ſcti p̄riarche ⁊ ꝓphete reges q̄ꝫ ⁊ p̄ncipes cū vniuer-
ſo pplo tantū deuotōis demōſtrarūt affectū erga cultū diuinuꝫ
Saltauit deuotiſſimꝰ rex dauid corā archa dei totꝭ viribꝰ. rcolēs
bn̄ficia oliꝫ īdulta p̄ribꝰ. fecꝰ diuerſi gn̄is organa. pſalmos edidit
⁊ cātari īſtituit cū leticia cecinit ⁊ ipē frequētꝰ in cythara. ſpūſſcti
aff‍latus gr̄a docuit pplm iſrl̄ toto corde deū laudare. ⁊ ore cōſo-
no diebꝰ ſingulꝰ bn̄dicere ⁊ p̄dicare. Si tāta agebatꝰ tūc deuotio
ac diuīe laudis extitit rōcordatio corā archa teſtamēti q̄ta nūc mi
hi ⁊ oī pplo xp̄iano hn̄da ē reuerētia ⁊ deuotio in p̄ntia ſacramē
ti. i ſūptōe excellentiſſimi corpis xp̄i. Currūt mlti ad diuerſa loca
ꝓ viſitādis reliquijs ſctōꝝ. ⁊ miranꝰ auditꝭ geſtꝭ eoꝝ ampla edifi
cia tēploꝝ inſpiciūt: ⁊ oſculanꝰ ſericis ⁊ auro inuoluta ſacra oſſa

ipſoꝝ. Et ecce tu preſens es hic apud me in altari deus meus: ſa͂ctus ſanctoꝝ. creator oim̄ ⁊ dn̄s angeloꝝ. Sepe in talib⁹ videndiſ eſt curioſitas hoim̄ ⁊ nouitas inuiſoꝝ: ⁊ modic⁹ reportat̃ emēdatōis fruct⁹. maxie vbi eſt tā leuis ſine vera ꝯtritōe diſcurſus. Hic aūt in ſacramēto altaris totus pn̄s es de⁹ me⁹ hō xp̄s ih̄s: vbi et copioſus ꝑcipit̃ eterne ſalutꝭ fruct⁹ quotiēſcūqꝫ fueris digne ac deuote ſuſceptus. Ad iſtud ꝟo nō trahit leuitas aliq̄ nec curioſitaſ aut ſenſualitas ſ꜀ firma fides deuota ſpes ⁊ ſincera charitas. O inuiſibilis ꝯditor mūdi deus q̄ mirabil̄r agis nobiſcū: q̄ ſuauiter ⁊ gratioſe cū electꝭ tuis diſponis. q̇bus temetipm̄ in ſacramento ſumēdū ꝓponis. Hoc nanqꝫ oēꝫ intellectū ſupat. h̄ ſpecial̄r deuotoꝝ corda trahit ⁊ accēdit affectū. Jpſi eni̅ veri fideles tui q̇ totā vitā ſuā ad emēdatōeꝫ diſponūt. ex h̄ digniſſimo ſacrō magnam deuotōis grām ⁊ virtutis amorē frequenter recipiūt. O admirabilis ⁊ abſcōdita gr̄a ſacramēti quā norūt tm̄ xp̄i fideles. infideles aūt ⁊ pctīs ſeruiētes expiri nō poſſūt. Jn h̄ ſacramēto ꝯfert̃ ſp̄ualis gr̄a. ⁊ reparat̃ in aīa virtus amiſſa ⁊ ꝑ pctm̄ deformata redit pulcritudo. Tanta eſt aliq̄n h̄ gr̄a vt ex plenitudine collate deuotōnis nō tm̄ mens ſ꜀ ⁊ debile corpus vires ſibi preſtitas ſentiat ampliores. Dolendū tn̄ valde ⁊ miſerandū ſuꝑ tepiditate ⁊ negligentia noſtra. q͛ nō maiori affectu trahimur ad xp̄m ſumendū in quo tota ſpes ſaluandoꝝ cōſiſtit ⁊ meritū. Jp̄e em̄ eſt ſanctificatio noſtra ⁊ redemptio. ip̄e ꝯſolatio viatoꝝ ⁊ ſanctoꝝ eterna fruitio Dolēdū itaqꝫ valde q͛ mlt̄i tā paꝝ hoc ſalutare myſteriuꝫ aduertūt. qd̄ celū letificat ⁊ mūdū ꝯſeruat vniuerſū. Heu cecitas ⁊ duritia cordis hūani tā ieffabile donū nō magꝭ attēdere ⁊ ex q̄tidiano vſu etiā ad inaduertētiā defluere. Si em̄ h̄ ſanctiſſimū ſacramētū in vno tm̄ celebraret̃ loco: ⁊ ab vno tm̄ ꝯſecraret̃ ſacerdote in mundo: q̄to putas deſiderio ad illū locū ⁊ talē dei ſacerdotē hoies afficerent̃ vt diuina myſteria celebrare audirēt. Nūc aūt multi facti ſunt ſacerdotes. ⁊ in multis loc̄ offert̃ xp̄s. vt tanto maior appareat gr̄a ⁊ dilectio dei ad hoiem q̄to latius eſt ſacra cōmunio diffuſa ꝑ orbeꝫ. Gratias tibi bone iheſu paſtor eterne qui nos paupes ⁊ exules dignatus es ꝑcioſo corpe ⁊ ſanguie tuo reficere. ⁊ ad h̄ myſteria ꝑcipienda etiā ꝓprij oris tui alloq̇o inuitare: dicendo. Uenite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati

eſtis et ego reficiam vos.

Quõ magna bonitas ⁊ charitas dei in ſacramento exhibetur homini. Capitulum ſecundũ.

SUper bonitatẽ tua et magna miſcðia tua dñe ꝯfiſus. accedo eger ad medicũ ⁊ ſaluatorẽ. eſuriens ⁊ ſitiens ad fontẽ vite. egenus ad regem celi. ſeruus ad dñm. creatura ad creatorẽ. deſolatus ad meũ piuꝫ ꝯſolatorẽ. Sed vnde hoc mihi vt venias ad me. Quis ego ſum vt prebes mihi teipm̃. Quõ audet pctõr corã te apparere. Et quõ tu dignaris ad pctõrẽ venire. Tu noſti ſeruũ tuuꝫ ⁊ ſcis quia nil boni in ſe habet vñ hoc illi pſtes. Confiteor igit̃ vilitatẽ meam. agnoſco bonitatẽ tuam. laudo pietatẽ. ⁊ gratias ago propter nimiaꝫ charitatẽ. Propter temetipm̃ eñ hꝰ facis non ꝓpt̃ mea merita vt bonitas tua mihi magis innoteſcat. charitas amplior ingeratur. ⁊ humilitas pfectius cõmendet̃. Quia ẽ tibi hoc placet. ⁊ ſic fieri iuſſiſti: placet ⁊ mihi dignatio tua. ⁊ vtinã iniq̃tas mea non obſiſtat. O dulciſſime ⁊ benigniſſime ihesu q̃ta tibi reuerentia ⁊ gratiarũactio cũ ꝑpetua laude pro ſumptione ſacri corpis tui debet̃. cuiꝰ dignitatẽ nullus hoĩm explicare potens inuenit̃. Sed quid cogitabo in hac cõmunione. in acceſſu ad dñm meũ quem debite venerari nequeo ⁊ tñ deuote ſuſcipe deſidero. Quid cogitabo melius ⁊ ſalubrius niſi meipm̃ totaliter humiliã do coram te. ⁊ tuã infinitã bonitatẽ exaltando ſupra me. Laudo te deus meus ⁊ exalto in eternũ. Deſpicio me ⁊ ſubiicio tibi in ꝓfundum vilitatis mee. Ecce tu ſanctus ſctõꝝ et ego ſordes peccatoꝝ. et tu inclinas te ad me q̃ non ſum dignus ad te reſpicere. Ecce tu venis ad me. tu vis eſſe mecũ. tu inuitas ad conuiuium tuum. tu mihi dare vis celeſtẽ cibum ⁊ panẽ angelorum ad manducandũ. nõ alium ſane q̃ teipm̃ panẽ viuuꝫ q̃ de celo deſcendiſti ⁊ das vitã mũdo. Ecce vnde dilectio ꝓcedit. qualis dignatio illuceſcit: q̃ magne gr̃arũactõnes ⁊ laudes tibi ꝓ his debentur. O q̃ ſalutare ⁊ vtile ꝯſiliũ tuum cum iſtud inſtituiſti q̃ ſuaue et iocundum cõuiuium cum teipm̃ in cibum donaſti. O q̃ admira-

bilis opatio tua dñe. ꝗ̄ potens virtus tua. ꝗ̄ infallibilis veritaſ tua. Dixiſti em̄ et facta ſunt omnia. et hoc factū eſt quod ipe iuſſiſti. Mira res ⁊ fide digna ac humanū vincens intellectum ꝗ tu dñe deus meus verus deus ⁊ homo ſub modica ſpecie panis ⁊ vini integer contineris ⁊ ſine conſumptione a ſumente manducaris. Tu dñe vniuerſoꝝ qui nullius habes indigentiã. voluiſti per ſacramentū tuum habitare in nobis. conſerua cor meū ⁊ corpus meum imaculatum: vt leta ⁊ pura conſcientia ſepius valeã tua celebrare myſteria ⁊ ad meã perpetuam accipere ſalutē. que ad tuum precipue honorem ⁊ memoriale ꝑhenne ſanxiſti ⁊ inſtituiſti. Letare anima mea. ⁊ gratias age deo ꝓ tam nobili munere ⁊ ſolatio ſingulari in hac lachrymarū valle tibi relicto. Nam q̄ciens hoc myſteriũ recolis ⁊ chriſti corpus accipis. totiens tue redemptionis opus agis ⁊ particeps oim̄ meritoꝝ chriſti efficeris. Charitas etem̄ chriſti nunꝗ̄ minuit. ⁊ magnitudo ꝓpiciationis eius nunꝗ̄ exhauritur. Ideo noua ſemꝑ mentis renouatione ad hoc diſponere te debes. ⁊ magnū ſalutis myſteriū attenta conſideratione penſare. Ita magnū nouū ⁊ iocundū tibi videri debet cum celebras aut miſſam audis. ac ſi eodem die chriſtuſ primum in vterum virginis deſcendens homo factus eſſet. aut ĩ cruce pendens ꝓ ſalute hoim̄ pateretur ⁊ moreref.

Qd̄ vtile ſit ſepe cõmunicare. Capitulum. iij.

Ecce ego venio ad te dñe vt bene mihi ſit ex munere tuo ⁊ letificer in conuiuio ſancto tuo. qd̄ paraſti in dulcedine tua pauperi de⁹. Ecce in te eſt totū quod deſiderare poſſum ⁊ debeo. tu ſalus mea ⁊ redemptio. ſpes et fortitudo. decus ⁊ gloria. Letifica ergo hodie animã ſerui tui quoniã ad te domine ihu animã meam leuaui Deſidero te nũc deuote ac reuerenter ſuſcipere. cupio te in domū meam introducere. q̄tenus cū Zacheo merear a te benedici. ac inter filios abrahe cõputari. Anima mea corp⁹ tuū ꝯcupiſcit. cor meū tecū vniri deſiderat. Trade te mihi ⁊ ſufficit. Nam preter te

nulla ꝫ conſolatio valet. ſine te eſſe nequeo. ⁊ ſine viſitatõe tua viuere non valeo. Ideoq͂ʒ oportet me frequenter ad te accedere ⁊ in remediũ ſalutis mee recipe. ne forte deficiã in via ſi fuero celeſti fraudatus alimonia. Sic em̃ tu miſericordiſſime iheſu p̄dicãs populis: ⁊ varios curans languores aliquando dixiſti. Nolo eos ieiunos dimittere in domũ ſuã ne deficiant in via. Age igit̃ h̄ modo mecũ. qui te ꝓ fideliũ conſolatõne in ſacramẽto reliquiſti. Tu es em̃ ſuauis refectio anime. ⁊ qui te digne manducauerit particeps et heres erit eterne glorie. Neceſſariũ quidem mihi eſt q̃ tã ſepe laboro ⁊ pecco tã cito torpeſco ⁊ deficio. vt per frequentes orones ⁊ confeſſiones ⁊ ſacrã tui corpis perceptionẽ me renouẽ mũdem ⁊ accendam. ne forte diutius abſtinendo a ſancto ꝓpoſito defluam. Proni em̃ ſunt ſenſus hoĩs ad malũ ab adoleſcentia ſua. ⁊ niſi ſuccurrat diuina medicina labit̃ homo mox ad peiora. Retrahit g̃ ſancta cõmunio a malo ⁊ ꝯfortat in bono. Si em̃ modo tã ſepe negligens ſũ ⁊ tepidus qñ cõmunico aut celebro: quid fieret ſi medelam non ſumerem ⁊ tã grande iuuamen non quererem. Et licet omni die nõ ſim aptus nec ad celebrandũ bene diſpoſitus: dabo tamẽ operam congruis temporibus diuina pcipere myſteria ac tante gratie participẽ me exhibere. Nã hec eſt vna principalis fidelis anime conſolatio q̄diu pegrinat̃ a te in mortali corpore. vt ſit ſepius memor dei ſui. dilectum ſuum deuota ſuſcipiat mente. O mira circa nos tue pietatis dignatio q̄ tu dñe deus creator ⁊ viuificator omniũ ſpirituũ ad pauperculam dignaris venire animã: ⁊ cũ tota deitate tua ac humanitate eius impinguare eſuriem. O felix mens ⁊ btã anima que te dñm deũ ſuũ meretur deuote ſuſcipe: et in tua ſuſceptõne ſpiritali gaudio repleri. O q̄ magnũ ſuſcipit dñm. q̄ dilectũ inducit hoſpitem: q̄ iocundũ recipit ſociũ: q̄ fidelẽ acceptat amicũ: q̄ ſpecioſum ⁊ nobilem amplectit̃ ſponſũ: p̄ omnibus dilectis ⁊ ſup omnia deſiderabilia amandum. Sileant a facie tua dulciſſime dilecte meus celum et terra ⁊ omnis ornatus eox: qm̃ quicquid laudis habẽt ac decoris ex dignatõne tue eſt largitatis. nec ad decorẽ tui ꝑueniẽt noĩs cuius ſapientie non eſt numerus.

Qd̄ m̃lta bona p̄ſtant̃ deuote cõicãtibus. Capitulum. iiij

Domine deus meus p̄ueni ſer-
uū tuum in benedictionibus dulcedinis tue. vt ad tu
um magnificū ſacramentum digne ac deuote merear
accedere. Excita cor meū in te: ⁊ a graui torpore exue me. Viſita
me in ſalutari tuo ad guſtandū in ſpiritu tuā ſuauitatē que in h̄
ſacramēto tanq̄ in fonte plenarie latet. Illumina ꝗ̄ oculos me-
os ad intuendū tantū miſteriū ⁊ ad credendū illud indubitata fi
de me robora. Eſt em̄ operatio tua nō humana potentia. tua ſacra
inſtitutio nō hoīs adinuentio. Nō em̄ ad h̄ capienda ⁊ intelligen
da aliquis idone⁹ p ſe reperitur. que angelicā etiā ſubtilitatē tran
ſcendūt. Quid ḡ ego peccōr indignus terra ⁊ cinis de tā alto ſa-
cro ſecreto potero inueſtigare ⁊ cape. Dn̄e in ſimplicitate cordis:
in bona firma fide ⁊ in tua iuſſione ad te cū ſpe ⁊ reuerentia acce
do: ⁊ vere credo q tu p̄ns es hic in ſacramēto de⁹ et homo. Vis
ergo vt te ſuſcipiā ⁊ meipm̄ tibi in charitate vniā. Unde tuā p-
cor clementiā ⁊ ſpecialē ad hoc imploro mihi donari grām. vt to
tus in te liquefiam ⁊ amore pfluā. atq̄ de nulla aliena ꝯſolatio-
ne amplius me intromittā. Eſt em̄ h̄ altiſſimū ⁊ digniſſimū ſacra
mentū ſalus aīe ⁊ corpis. medicina oīs ſp̄ualis languoris. in quo
vicia mea curant̄. paſſiones frenant̄. temptatōnes vincunt̄ ac mi
nuunt̄. gratia maior infundit̄. virtus incepta auget̄. firmat̄ fides
ſpes roborat̄ ⁊ charitas igneſcit ac dilatat̄. Multa nanq̄ bona
largitus es ⁊ adhuc ſepi⁹ largiris in ſacramēto dilectis tuis de
uote cōicantibus deus meus ſuſceptor aīe mee. reparator infirmi-
tatis humane. ⁊ totius dator ꝯſolatōis interne. Nam mltā ipis
ꝯſolationē aduerſus varias tribulatōes infundis: ⁊ de imo deie
ctōnis ꝓprie ad ſpem tue ꝓtectionis erigis. atq̄ noua q̄dā gra
tia eos intus recreas ⁊ illuſtras. vt q̄ anxij primū ⁊ ſine affectōe
ſe ante cōionē ſenſerant. poſtea refecti cibo potuq̄ celeſti in meli
us ſe mutatos inueniant. Qd̄ iccirco cū electis tuis ita diſpen-
ſanter agis vt veraciter agnoſcant ⁊ patent̄ experiant̄ ꝗ̄ nihil ex
ſemetipſis habeant. ⁊ q̄d bonitatis ac grē ex te ꝯſeq̄nt̄. q ex ſe-
metipis frigidi duri ac indeuoti. ex te aūt feruentes. alacres ⁊ de
uoti eſſe merent̄. Quis em̄ ad fontē ſuauitatis humiliter acce-
dens non modicū ſuauitatis inde reportat. Aut q̄s iuxta ignem

copioſum ſtans non parum caloꝛis inde pcipit. ⁊ tu fons es ſem
per plenus ⁊ ſupabundans ignis iugiter ardens ⁊ nunq̄ defici-
ens. Unde ſi mihi nō licet haurire de plenitudine fontꝭ nec vſq̄
ad ſacietatē potare. apponā tñ os meū ad foramē celeſtis fiſtule
vt ſaltē inde guttulā modicā capiā ad refocillandā ſitim meā: et
nō penitus exareſcam. Et ſi necdū totus celeſtis ⁊ tā ignitus vt
ſeraphin ⁊ cherubin eſſe poſſum. conaboꝛ tñ deuotiōi inſiſtere et
coꝛ meū pꝛepare vt vel modicam diuini incendij flāmā ex humili
ſumptōne viuifici ſacramenti ꝯquirā. Quicq̄d aūt mihi deeſt bo
ne iheſu ſaluatoꝛ ſctiſſime tu ꝓ me ſupple benigne ac gratioſe: q̄
oēs ad te vocare dignatus es dicēs. Uenite ad me oēs qui labo
ratis ⁊ onerati eſtis. et ego reficiā vos. Ego quidē laboꝛo in ſu-
doꝛe vultus mei. doloꝛe coꝛdis toꝛqueoꝛ. peccatꝭ oneroꝛ. tempta
tionibꝰ inquietoꝛ. multis malis paſſionibꝰ implicoꝛ ⁊ pꝛemoꝛ et
non eſt qui adiuuet. nō eſt qui liberet ⁊ ſaluum faciat niſi tu dñe
deus ſaluatoꝛ meus. cui cōmitto me ⁊ omīa mea vt me cuſtodias
⁊ pducas in vitam eternam. Suſcipe me in laudē ⁊ gloꝛiam nois
tui. q̄ coꝛpꝰ tuū ⁊ ſanguinē in cibū ⁊ potum mihi paraſti. Pꝛeſta
domine deus ſalutaris meus. vt cum frequentatione miſterij tui
creſcat mee deuotionis affectus.

## De dignitate ſacramēti ⁊ ſtatu ſacerdotali. Capitulū. v.

SJ haberes angelicā puritatē
et ſcti Johānis baptiſte ſctitatē: non eſſes dignꝰ hoc
ſacramentū accipe nec tractare. Nō em̄ h̄ meritꝭ debe
tur hoīm q̄ hō ꝯſecret ⁊ tractet xp̄i ſacramentū ⁊ ſumat in cibū
panē angeloꝝ. Grande miſteriū ⁊ magna dignitas ſacerdotū q̄
bus datū eſt qd̄ angelis nō eſt ꝯceſſum. Soli nāq̄ ſacerdotes ī
eccleſia rite oꝛdinati poteſtatē habēt celebꝛādi ⁊ coꝛpus xp̄i con
ſecrandi. Sacerdos quidē miſter eſt dei vtēs verbo dei ꝑ iuſſio-
nē ⁊ inſtitutionē dei. Deus aūt ibi pꝛincipalis ē actoꝛ ⁊ inuiſibi-
lis opatoꝛ. cui ſubeſt omne qd̄ voluerit. ⁊ paret oē qd̄ iuſſerit.
Plus ḡ credere debes deo oīpotenti in hoc excellētiſſimo ſacra
mēto q̄ ꝓpꝛio ſenſui aut alicui ſigno viſibili. Jdeoq̄ cū timoꝛe ⁊

reuerentia ad hoc opus eſt accedendum. Attende igiť ⁊ vide tuius miniſteriū tibi traditū eſt ꝑ impoſitionē manus epiſcopi. Ecce, ſacerdos factus es ⁊ ad celebrandū conſecratus. vide nūc vt fideliter ⁊ deuote in ſuo tpe deo ſacrificiū offeras: ⁊ teipm irreprehenſibilem exhibeas. Non alleuiaſti onus tuū ſed artiori iam alligatus es vinculo diſcipline. ⁊ ad maiorē teneris pfectionē ſanctitatis. Sacerdos oībus virtutib⁹ debet eſſe ornatus. ⁊ alijs bone vite exemplū prebere. Eius ꝯuerſatio nō cū popularibus et cōibus hoim vijs: ſed cū angelis in celo: aut cū pfectis viris in terra. Sacerdos ſacris veſtibus indutus xpi vices gerit. vt deū ꝓ ſe ⁊ ꝓ omni pplo ſuppliciter ⁊ humiliter roget. Habet nanq̃ ante ſe ⁊ retro dñice crucis ſignū ad memorandū iugiter xpi paſſionē. Ante ſe crucē in caſula portat vt chriſti veſtigia diligenter inſpiciat: ⁊ ſequi feruenter ſtudeat. Poſt ſe cruce ſignatus eſt vt aduerſa quelibet illata ab alijs clementer ꝓ deo toleret. Ante ſe crucē gerit vt ꝓpria peccata lugeat. poſt ſe vt alioꝝ etiam cōmiſſa p cōpaſſionē defleat. ⁊ ſe mediū inter deū ⁊ peccatorem cōſtitutum eſſe ſciat: nec ab orone nec ab oblatione ſancta torpeſcat donec gratiā ⁊ miſericordiam impetrare mereať. Quando ſacerdos deuote celebrat. deum honorat. angelos letificat. eccleſiam edificat. viuos adiuuat. defūctis requiem preſtat. ⁊ ſeſe participem omnium bonorum efficit.

## Interrogatio de exercitio ante cōmunionē. Capitulum. vi

CUm tuā dignitatē dñe et meā vilitatē penſo valde ꝯtremiſco: ⁊ in meipo ꝯfundor. Si em̄ nō accedo vitā fugio. ⁊ ſi idigne me ingeſſero offenſā icurro. Quid ḡ faciā de⁹ me⁹ auxiliator me⁹ ⁊ ꝯſolator in neceſſitatib⁹? Tu doce me viā rectā. ꝓpone breue aliqđ exercitiū ſacre coīoni ꝯgruū. Utile eſt em̄ ſcire q̃lr ſc3 deuote ac reuerenť tibi ꝑpare debeam cor meū ad recipiendum ſalubriter tuum ſacramentum ſeu etiam celebrandum tam magnum ⁊ diuinum ſacrificium.

De diſcuſſione ꝓprie ꝯſcientie ꝛ emēdatōis ꝓpoſito. Ca. vij.

Super omnia cū ſumma humilitate cordis ꝛ ſupplici reuerētia. cū plena fide ꝛ pia intentione honoris dei ad hoc ſacramentū celebrandum tractandū ꝛ ſumendū oportet dei accedere ſacerdotē. diligenter examina conſcientiā tuā ꝛ pro poſſe tuo vera cōtritione ꝛ humili confeſſione eam munda ꝛ clarifica. ita vt nil graue habeas aut ſcias quod te remordeat ꝛ liberū acceſſuꝫ impediat. Habeas diſplicētiā oīm peccatoꝝ tuoꝝ i gn̄ali. ꝛ ꝓ quotidianis exceſſib⁹ magis in ſpeciali doleas ꝛ gemas. Et ſi tempus patit̄ deo in ſecreto cordis cunctas confitere paſſionū tuarū miſerias. Ingemiſce ꝛ dole ꝙ adhuc ita carnalis ſis ꝛ mūdanus. tā īmortificatus a paſſionibus. tā plen⁹ cōcupiſcentiaꝝ motibus. tā incuſtoditus in ſenſibus exteriorib⁹. tā ſepe multis vanis fantaſijs implicatus. tā multū inclinatus ad exteriora. tā negligens ad interiora. tā leuis ad riſū ꝛ diſſolutionē. tā durus ad fletū ꝛ cōpunctionē. tā ꝓmptus ad laxiora ꝛ carnis cōmoda. taꝫ ſegnis ad rigorē et feruorē. tā curioſus ad noua audienda ꝛ pulcra intuēda tā remiſſus ad humilia ꝛ abiecta amplectēda. tā cupidus ad mlta habenda. ꝛ tā parcus ad dandū. tā tenax ad retinendū. tā inconſideratus in loquēdo. tā incontinens ad tacendū. tā incōpoſitus in moribus. tā importunus in actibus. tā effuſus ſup cibū tā ſurdus ad dei verbū. tā velox ad quietē. tam tardus ad laborē. tā vigilans ad fabulas. tā ſomnolentus ad vigilias ſacras. tā feſtinus ad finē. tā vagus ad attendendū. tā negligens in horis ꝓſoluendis. tā tepidus in celebrādo. tā aridus in cōmunicando tā cito diſtractus. tā raro tibi bene collectus. tam ſubito cōmotus ad irā. tā facilis ad alterius diſplicentiaꝫ. tā ꝓnus ad iudicādū. tā rigidus ad arguendū. tā letus ad ꝓſpera. tā debilis in aduerſis. tā ſepe multa bona ꝓponēs ꝛ modicū ad effectū perducens. His ꝛ alijs defectibus tuis cū dolore ꝛ magna diſplicentia ꝓprie infirmitatis confeſſis ac deploratis firmū ſtatue ꝓpoſitū ſp emendandi viā tuā ꝛ in melius ꝓficiendi. Deinde cū plena reſignatōne ꝛ integra voluntate offer teipm̄ in honorē nomis

